


Google


HN 6F9N 7
Digitized by Google


Digitized by Google

ספר תהלים

LIBER PSALMORUM HEBRAÏCE

CUM

NOTIS SELECTIS

EX EDITIONE

FRANCISCI HARE S. T. P.

EPISCOPI CICESTRENSIS:

ET CUM

SELECTA LECTIONUM VARIETATE

EX ED. VET. TEST. HEB.

BENJ. KENNICOTT S. T. P.

CANTABRIGIÆ NOV-ANGLORUM

TYPIS ACADEMICIS

EXCUDEBANT HILLIARD ET METCALF.

1809.

PSALMUS I. א

אשרי[a] האיש
1 אשר לא הלך בעצת רשעים
ובדרך חטאים לא עמד
* ובמשב[b] לצים לא ישב :
2 כי אם בתורת יהוה חפצו
ובתורתו יהגה יומם ולילה :

* ובמושב 19.

1 BEATUS vir, qui non ambulavit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in consessu derisorum non sedit. 2 Sed in lege JEHOVÆ voluntas ejus, et in lege ejus meditatur die ac nocte.

a. 1. אשרי. Quisquis cantici hujus auctor fuerit, videtur, quasi præfatio quædam, in limine collocari; cum totius ferè voluminis quodammodo argumentum sit, et ad pietatem egregiè compositum. Fortè ab illius manu est, qui primus psalmorum syllogen fecit. Quod ad vocem אשרי, alii volunt adjectivam esse pl; alii subst. pl; alii adverbium, quod Cl. Clerico placet; mihi secunda sententia potior videtur, sed nihil definio. Græcis ter redditur μακάριος, aliàs semper μακάριος. Dolet profectò auspicatissimæ vocis formam non penitus intelligi, quod unicum manifesto nimis indicio est, tenuem admodum et exilem esse, quæ jam superest, Heb. linguæ cognitionem.

b. 1. במשב ambiguum est, et significat vel *sedem*, vel *consessum*; quorum posterius hìc prætulerim, sed Gr. ἐν καθέδρᾳ.

3 והיה כעץ שתול על פלגי מים
אשר פריו יתן בעתו
ועלהו לא יבול
וכל אשר יעשה יצליח :
4 לא כן הרשעים
כי אם *כמץ אשר תדפנו רוח :
5 על כן לא יקמו רשעים במשפט
וחטאים בעדת צדיקים :
6 כי יודע יהוה דרך צדיקים
ודרך רשעים תאבד :

* כמוץ 59.

2 Et erit, sicut arbor plantata ad rivos aquarum, quæ fructum suum dat in tempore suo, et folium ejus non decidet, et omne, quod faciet, prosperabitur. 4 Non sic impii; sed tanquam gluma, quam dispellet ventus. 5 Ideo non consistent impii in judicio, neque peccatores in congregatione justorum. 6 Quoniam novit Jehova viam justorum; via autem impiorum peribit.

c. 6. דרך. *Via* in SS. *vivendi ratio.*

d. 2. Hic psalmus prope solus est, qui omni prorsus mendo caret, nec labis quicquam vel incuria librariorum, vel longinqui temporis injuria, accepit.

1 למה[a] רגשו גוים
ולאמים יהגו ריק׃
2 יתיצבו מלכי ארץ
ורזנים נוסדו יחד
על יהוה ועל משיחו[b]׃
3 ננתקה את מוסרותימו
ונשליכה ממנו *עבתימו׃
4 יושב בשמים ישחק[c]
†אדני ילעג למו׃

* עבותימו .24 † יהוה .61

1 Quare tumultuantur gentes, et populi meditantur
inane ? 2 Et sistunt se reges terræ, et principes con-
silium capiunt pariter adversus JEHOVAM, et adversus
unctum ejus. 3 Dirumpamus vincula eorum, et
projiciamus a nobis funes eorum. 4 Habitans in
cœlis ridebit, Dominus subsannabit eos.

a. 1. Hic psalmus ἀνεπίγραφος est ; sed, num olim fuerit, meritò dubitari possit ; cum Christi tempore Davidis esse vulgò censeretur. Illi enim ascribitur Act. iv. 25 ; idque non ab Apostolis modò, sed a toto credentium cœtu, qui ibi memoratur.

b. 2. משיחו. *Unctus Dei* commune regum ἐπίθετον in SS. esse nemini non notum ; משיחו et מלכו 1 S. ii. 10. sunt ἰσοδύναμα ; non modò David dicitur משיח יהוה, sed ipse ita Saulem appellat, 1 S. xxiv. 7 ; atque ita Deus ipse Cyrum Es. xiv. 1. Græcis χριστὸς κυρίου.

c. 4. ישחק. *Ridet*, spernit, et irrita reddit. Eadem verba habes Ps. lix. p. 9.

PSALMUS I. א

אשרי[a] האיש
1 אשר לא הלך בעצת רשעים
ובדרך חטאים לא עמד
* ובמשב[b] לצים לא ישב :
2 כי אם בתורת יהוה חפצו
ובתורתו יהגה יומם ולילה :

* ובמושב 91.

1 BEATUS vir, qui non ambulavit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in consessu derisorum non sedit. 2 Sed in lege JEHOVÆ voluntas ejus, et in lege ejus meditatur die ac nocte.

a. 1. אשרי. Quisquis cantici hujus auctor fuerit, videtur, quasi præfatio quædam, in limine collocari; cum totius ferè voluminis quodammodo argumentum sit, et ad pietatem egregiè compositum. Fortè ab illius manu est, qui primus psalmorum syllogen fecit. Quod ad vocem אשרי, alii volunt adjectivam esse pl; alii subst. pl; alii adverbium, quod Cl. Clerico placet; mihi secunda sententia potior videtur, sed nihil definio. Græcis ter redditur μακάριος, aliàs semper μακάριος. Dolet profectò auspicatissimæ vocis formam non penitus intelligi, quod unicum manifesto nimis indicio est, tenuem admodum et exilem esse, quæ jam superest, Heb. linguæ cognitionem.

b. 1. במשב ambiguum est, et significat vel *sedem*, vel *consessum*; quorum posterius hìc prætulerim, sed Gr. ἐν καθέδρᾳ.

3 והיה כעץ שתול על פלגי מים
אשר פריו יתן בעתו
ועלהו לא יבול*
וכל אשר יעשה יצליח :
4 לא כן הרשעים
כי אם *כמץ אשר תדפנו רוח :
5 על כן לא יקמו רשעים במשפט
וחטאים בעדת צדיקים :
6 כי יודע יהוה דרך^c צדיקים
ודרך רשעים תאבד^d :

* כמוץ 59.

3 Et erit, sicut arbor plantata ad rivos aquarum, quæ fructum suum dat in tempore suo, et folium ejus non decidet, et omne, quod faciet, prosperabitur. 4 Non sic impii; sed tanquam gluma, quam dispellet ventus. 5 Ideo non consistent impii in judicio, neque peccatores in congregatione justorum. 6 Quoniam novit JEHOVA viam justorum; via autem impiorum peribit.

c. 6. דרך. *Via* in SS. *vivendi ratio*.

d. 2. Hic psalmus prope solus est, qui omni prorsus mendo caret, nec labis quicquam vel incuria librariorum, vel longinqui temporis injuria, accepit.



1 לָמה ª רגשו גוים
ולאמים יהגו ריק :
2 יתיצבו מלכי ארץ
ורוזנים נוסדו יחד
על יהוה ועל משיחו ᵇ :
3 ננתקה את מוסרותימו
ונשליכה ממנו *עבתימו :
4 יושב בשמים ישחק ᶜ
†אדני ילעג למו :

* עבותימו 24. † יהוה 61.

1 Quare tumultuantur gentes, et populi meditantur
inane ? 2 Et sistunt se reges terræ, et principes con-
silium capiunt pariter adversus JEHOVAM, et adversus
unctum ejus. 3 Dirumpamus vincula eorum, et
projiciamus a nobis funes eorum. 4 Habitans in
cœlis ridebit, Dominus subsannabit eos.

a. 1. Hic psalmus ἀνεπίγραφος est ; sed, num olim fuerit, meritò dubitari possit ; cum Christi tempore Davidis esse vulgò censeretur. Illi enim ascribitur Act. iv. 25 ; idque non ab Apostolis modò, sed a toto credentium cœtu, qui ibi memoratur.

b. 2. משיחו. *Unctus Dei* commune regum ἐπίθετον in SS. esse nemini non notum ; משיחו et מלכו 1 S. ii. 10. sunt ἰσοδύναμα ; non modò David dicitur משיח יהוה, sed ipse ita Saulem appellat, 1 S. xxiv. 7 ; atque ita Deus ipse Cyrum Es. xiv. 1. Græcis χριστὸς κυρίου.

c. 4. ישחק. *Ridet*, spernit, et irrita reddit. Eadem verba habes Ps. lix. p. 9.

5 אז ידבר אלימו באפו
ובחרונו יבהלמו :
6 ואני נסכתי מלכי
על ציון הר קדשי :
7 אספרה אל׳ חק יהוה
אמר אלי בני אתה
אני היום ילדתיך :
8 שאל ממני
ואתנה גוים נחלתך
ואחזתך אפסי ארץ :
9 * תרעם בשבט ברזל
ככלי יוצר תנפצם :

* תרועם 28.

5 Et loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo terrebit eos. 6 Ecce, ego unxi Regem meum super Sion, montem sanctum meum. 7 Narrabo decretum JEHOVÆ; dixit ad me, Filius meus *es* tu, ego hodie genui te. 8 Postula a me, et dabo Gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ.
9 Reges eas virga ferrea, sicut vas figuli, disperges eas.

d. 7. Ego non dubito, quin את pro אל reponendum sit; duas illas literas ל et ת opinor olim non multùm absimiles fuisse; et proinde proclivi errore altera sæpius alterius locum occupavit. Gr. certè ita videntur legisse, qui reddiderunt το πρόςαγμα. Vid. Psal. lviii. 1. Es. xxxviii. 20.

10 ועתה מלכים השכילו
הוסרו *שפטי ארץ׃
11 עבדו את יהוה ביראה
וגילו ברעדה׃
12 נשקו בר׳ פן יאנף
ותאבדו *דרך׳

* שופטי 6.

10 Itaque, Reges, animadvertite; erudimini. Judices terræ. 11 Servite JEHOVÆ in timore, et exultate in tremore. 12 Osculamini Filium, ne fortè irascatur. et pereatis illico.

e. 12. נשקו בר. Hæc mirè verterunt Gr. *δράξασθε παιδείας*; et ex iis Lat. *apprehendite disciplinam*; Aq. *καταφιλήσατε ἐκλεκτῶς*; Sym. *προσκυνήσατε καθαρῶς*. Recentiores Intt. *Osculamini filium*, quod et quæ præcedunt, et quæ sequuntur, rectius esse suadent. Agitur enim de viro illustri, ad regiam dignitatem, hostibus multis frustra obnitentibus, evecto, idque ab ipso Deo; præsentissimi numinis auxilium illi semper aderat; unde Deus illum *genuisse* dicitur, et pro *filio* habuisse. Hunc *filium osculari*, i. e. venerari, et revereri, omnes oportuit, *ne irascatur, Deus* sc. pater ejus. Ut liquet ex ult.

f. 12. דרך. Sed, quid sit *perire via*, quis dixerit? Alii volunt *propter viam*, i. e. vivendi rationem. Alii *in via*, in medio cursu abripi; Gr. *ἐξ ὁδοῦ*, et Lat. *de via*; rectè, sed cum non intelligerent, quid sit de *via perire*, addiderunt de suo *εὐθείας*. Prorsus incommodè, ne dicam absurdè. Quomodo enim quis pereat de via, in qua nondum incessit? Errantes enim Psaltes alloquitur, et ad viam

כי־יבער כמעט אפו
אשרי כל חוסי בו׃

Quia exardescet brevì ira ejus ; beati autem omnes sperantes in eo.

justam seu rectam revocat. *Perit de via* secundum Clericum, qui vitæ iter ad mortem naturalem ætate matura non absolvit ; qua sanè ratione alii explicant *in via* ; sed harum interpretationum nulla arridet. Laborat versus, et legendum מדרך, quod subaudiendum esse omnes ferè consentiunt ; quo et metro et constructioni satisfit. מדרך autem videtur idem ferè esse ac *illico*, i. e. *subitò*. Et sic Noldius p. 230. *Ne pereatis simul ac in conspectum ejus adveneritis, jam recentes ab itinere*. Vid. 2 Sam. xi. 10.

℣. 12. כי. Plerique Interp. *Si* vel paulùm exarserit ira ejus ; et hìc interpungunt ; ultimus verò versus illis est epiphonema, seu subita acclamatio. Alii כי reddunt *quum*, quod eodem ferè redit. Nemo suspicatus est locum in mendo esse, et copulam ab initio ultimi versiculi excidisse, quo restituto, omnia plana fiunt. Interpungendum enim est in fine secundi versiculi ; tertius verò sic vertendus, *brevì* enim *ira ejus* (in hostes) *exardescet*, et illis solis salus erit, qui obsequio debito ad illum confugiunt, fideique ejus se totos tradunt. Psalmum hunc, qui sensu primo, aperto, historico, ad Davidem pertinet, sensu abstrusiore, sublimiore, et verè prophetico, de illo agere, qui *κατ' ἐξοχὴν* Messias, seu Christus dictus est, interpretum omnium sententia est ; nec hoc Christianis proprium ; antiquissimi etiam Judæorum magistri idem docuerunt ; nec dubium est, quin jam Christi temporibus Judæi universim ita hunc psalmum intelligerent. Inde enim Redemptor ille, quem tunc temporis adventurum expectabant, ab illis non modo *Messias* dictus est, sed et *Rex Israelis*, et *Dei filius*. Vid. Matt. xxvi. 63.

1 מזמור לדוד בברחו מפני אבשלום בנו[a] ׃

---

2 יהוה מה רבו צרי
רבים קמים עלי ׃

1 Canticum Davidis, quum fugeret à facie Absalomi filii sui. 2 JEHOVA, quàm multiplicati sunt hostes mei ! Multi insurgunt adversum me.

et Joh. i. 49. xx. 31. Nec ulla sanè Christianis cum Judæis olim controversia fuit, utrùm hæc de *Messia* intelligenda sint ; sed an *Jesus* noster ille sit *Messias*, in eo solo disputant. Illi enim de terreno tantùm regno hic agi contendunt ; nos de cœlesti, Apostolorum exemplo, (qui optimi SS. interpretes, cum essent θεόπνευστοι,) iisdemque argumentis permoti. Vid. Act. iv. 25. xiii. 13. Hebr. i. 5. et v. 5. Quomodo singulæ hujus psalmi partes in Christo impletæ sint, copiosè ostenderunt interpretes multi ; nuperrimè verò Cl. Clericus id egregiè præstitit, quem adi, si placet. Meminerit lector nos non theologicos commentarios, sed notulas breves scribere, in quibus id ferè unum agimus, ut textus integritati suæ, quantùm licet, restituatur, et sensus, qui literalis dicitur, in locis difficilioribus eruatur.

a. 1. Hìc tantùm observabo, titulum in Cod. Hebr. quasi pars ipsius psalmi esset, primam notam numeralem absurdè admodum sibi appositam habere ; et interdum, si paulò prolixior sit, duabus notis distinguitur in periodos duas, ut Psal. lii. et lx.

3 רבים *אמרים לנפשי
אין ישועתה לו באלהים סלה׳ :
4 ואתה יהוה מגן בעדי
כבודי ומרים ראשי :
5 קולי אל יהוה אקרא
ויענני מהר קדשו . סלה :

* אומרים 16.

3 Multi dicunt de anima mea, Non est salus ei in Deo.
Selah. 4 Tu autem, JEHOVA, clypeus *es* circa me,
gloria mea, et exaltans caput meum. 5 Voce mea
ad JEHOVAM clamabam; respondit mihi de monte
sancto suo. Selah.

b. 3. סלה. De hac voce, quid velit, nihil certi afferri potest, nisi hoc unum, ad sensum illam nihil pertinere, nec ad explendum versum. Ad cantus rationem unicè spectat; sed utrum significet cantûs intentionem, seu remissionem, seu pausam, seu aliam quamvis cantûs mutationem, frustra quæritur. Cæteræ interpretationes, quibus redditur διὰ παντὸς, ἀεὶ, εἰς τέλος, εἰς αἰῶνα, Ἀμὴν, mihi quidem videntur ineptæ prorsus et absurdæ. Adi, si placet, veteres interpretes. Nec melius quicquam afferunt recentiores. Sed res ipsa planè ostendit pariter ac Gr. versio, voculam hanc sæpe excidisse, cum versio illa hac voce careat, ubi est in Hebr. et contrà habeat, cum in Heb. desit; nec ulla ratio afferri possit, cur sæpius in breviculo psalmo repetatur, in aliis autem, qui sunt ejusdem planè auctoris, et quod ad cætera prorsus similes, ne semel quidem habeatur.

6 אני שכבתי ואישנה
* הקיצותי כי יהוה יסמכני׃
7 לא אירא מרבבות עם
אשר סביב שתו עלי׃
8 קומה יהוה הושיעני אלהי
כי הכית את כל † איבי לחי׃
שני רשעים שברת׃
9 ליהוה הישועה
על עמך ברכתך סלה׃

* הקיצתי 22. † אויבי 21.

6 Ego decubui, et dormivi; evigilavi, quia Jehova
sustentabat me. 7 Non timebo a decem millibus
populorum, qui circumquaque metantur adversum me.
8 Surge, Jehova, serva me, Deus mi, quia percussisti
omnes inimicos meos *in* maxilla; dentes impiorum con-
fregisti. 9 Jehovæ *est* salus; super populum tuum
benedictio tua. Selah.

c. 8. לחי. Subintellecto על, Vid. 1 Reg. xxii. 24. Mic. iv. 14. et 2 Par. xviii. 23. Vid. Nold. p. 713. Gr. ματαίως. Quid legerint nescio; putârunt fortè scriptum fuisse לחינם, et ideo ματαίως reddiderunt, cum eandem vel similem loquutionem alibi occurrere illis non ignotum esset. Sed Hebr. lectio sola vera est. *Purcussisti in maxillam*, nempe *ut dentes illorum confringeres*, ut vers. seq. dicitur, ne morsu lædant. De hostibus, quasi de feris loquitur, quarum vis in dentibus, ut sæpe aliàs.

d. 9. Hìc verò ad majorem emphasin fortè repetendum Jehova. Hæ autem transitiones a persona tertia ad secundam, et vice

1 למנצח בנגינות מזמור לדוד׃

2 בקראי ענני אלהי צדקי׃
בצר הרחבת לי
חנני ושמע תפלתי׃
3 בני איש עד מה כבודי לכלמה
תאהבון ריק תבקשו כזב סלה׃
4 ודעו כי *הפלה יהוה חסיד לו׳
יהוה ישמע בקראי אליו׃

* חפלא 34.

1 Præcentori in Neginoth, psalmus Davidis. 2 In
invocando me, responde mihi, Deus justitiæ meæ; in
angustia dilatasti mihi; miserere mei, et audi oratio-
nem meam. 3 Filii viri, usquequo erit gloria mea
ignominiæ? Diligetis inane? Quæretis mendacium?
Selah. 4 Scitote, quòd mirificavit Jehova miseri-
cordiam suam mihi; Jehova exaudiet in clamando
me ad eum.

versa a secunda ad tertiam, in psalmis frequentissimæ. Vid Ps. ix. p. 1.

a. 2. אלהי צדקי. Alii aliter interpretantur; cum verò nomen substantivum secundo casu positum adjectivi vim habeat, ego cum doctissimo Gatakero censeo debere reddi, *Deus mi juste;* aliasque loquutiones similes similiter vertendas esse.

b. 4. חסיד לו. Sed quisquis hæc contulerit cum Ps. xvii. p. 7, et xxxi. 22, mecum, opinor, consebit reponendum חסדו לי.

5 רגזו ואל תחטאו
אמרו בלבבכם
על משכבכם *ודמו סלה :
6 זבחו זבחי צדק
ובטחו אל יהוה :
7 רבים †אמרים מי יראנו טוב
נסה עלינו אור פניך יהוה :
8 נתתה שמחה בלבי
מעת דגנם ותירושם רבו :
9 בשלום ‡יחדו אשכבה ואישן
כי אתה יהוה §לבדד
לבטח תושיבני :

* ודומו 15. † אומרים 19. ‡ יחדו caret 1.
§ לבדך 2.

5 Pavete, et ne peccetis; cogitate in corde vestro super cubili vestro, et tacete. Selah. 6 Sacrificate sacrificia justitiæ, et confidite in JEHOVA. 7 Multi dicunt, quis videre faciet nos bonum? Eleva super nos lucem vultûs tui, JEHOVA. 8 Dedisti lætitiam in corde meo a tempore, quo frumentum eorum et mustum eorum multiplicata sunt. 9 In pace accubabo, et dormiam; quia tu, JEHOVA, solus confidenter habitare facies me.

1 למנצח אל הנחילות מזמור לדוד׃

2 אמרי האזינה יהוה
בינה הגיגי׃
3 הקשיבה לקול שועי מלכי ואלהי
כי אליך אתפלל׃
4 יהוה בקר תשמע קולי
בקר אערך לך ואצפה׃
5 כי לא אל חפץ רשע
אתה לא *יגרך רע׃
6 לא יתיצבו הוללים לנגד עיניך
שנאת כל פעלי און׃
7 תאבד דברי כזב
איש דמים ומרמה יתעב יהוה׃

* יגורך 47.

1 Præcentori super Nehiloth, canticum Davidis.
2 Eloquia mea, JEHOVA, auribus percipe; intellige meditationem meam. 3 Attende voci clamoris mei, Rex mi, et Deus mi; quoniam ad te oro. 4 JEHOVA, manè audies vocem meam; manè disponam tibi, et speculabor. 5 Quia non Deus volens impietatem tu es; non cohabitabit tibi malus. 6 Non stulti consistent coram oculis tuis. Odisti omnes operantes iniquitatem. 7 Perdes loquentes mendacium; virum sanguinum et doli abominatur JEHOVA.

8 ואני *ברב חסדך אבוא ביתך
אשתחוה אל היכל קדשך ביראתך׃
9 יהוה נחני בצדקתך למען שוררי
הושר לפני דרכך׃
10 כי אין בפיהו[a] נכונה
קרבם הוות
קבר פתוח †גרנם לשונם יחליקון׃

* ברוב 19. † גרונם 73.

8 At ego in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam; incurvabo me versus templum sanctum tuum in timore tuo. 9 JEHOVA, duc me in justitia tua propter inimicos meos; dirige coram me viam tuam. 10 Quoniam non est in ore ejus *veritas* firmata, intimum eorum pravitates; sepulchrum patens guttur, eorum lingua sua blandiuntur.

a 10. בפיהו. In singulari, cum sententia postulet plurale; hoc est, *uniuscujusque eorum*, inquiunt interpretes et grammatici. Frequentes in codice Heb. hujusmodi anomaliæ; quarum fortè non exigua pars non genio linguæ, sed librariorum incuriæ debetur. Et quod magis irregulare, Psal. lxii. p. 5. hæc ipsa vox cum verbo plurali juncta est. Sed Græci utroque in loco ἐν στόματι αὐτῶν. אמת. Hanc vocem inseri ad explendum versum oportet; et sententia quodammodo videtur postulare, cum substantivum, quocum נכונה conveniat, si non exprimatur, necessariò subintelligatur; semel tantùm aliàs occurrit absolutè sumptum, Job xlii. 7, ubi Gr. verterunt ἀληθὲς, ut hìc ἀλήθεια. Vid. Deut. xiii. 14.

11 האשמם אלהים יפלו
ממעצותיהם *ברבי פשעיהם
הדיחמו כי מרו בך׃
12 וישמחו כל חוסי בך
לעולם ירננו ותסך עלימו
ויעלצו בך †אהבי שמך׃
13 כי אתה תברך צדיק
יהוה כצנה רצון תעטרנו׃

* ברוב 15. † אוהבי 7.

11 Perage illos reos, ô Deus, decidant à consiliis suis; in multitudine prævaricationum suarum expelle eos, quoniam rebellant contra te. 12 Et lætentur omnes sperantes in te, in seculum jubilent; protegas eos, et exultent in te diligentes nomen tuum. 13 Quoniam tu benedices justo; JEHOVA, ut scuto bona voluntate coronabis eum.

PSALM. VI. ו

1 למנצח בנגינות
על השמינית מזמור לדוד׃

---

1 Præcentori in Neginoth super octavam, canticum Davidis.

b. 11. Gr. legerunt כרוב, κατα τὸ πλῆθος.

2 יהוה אל באפך תוכיחני
ואל בחמתך תיסרני׃
3 חנני יהוה כי * אמלל אני
רפאני יהוה כי נבהלו עצמי׃
4 ונפשי נבהלה מאד
†ואת יהוה עד מתי׃
5 שובה יהוה חלצה נפשי
הושיעני למען חסדך׃
6 כי אין במות ᵃ זכרך
בשאול מי יודה לך׃

* אומלל 4. † ואתה 52.

2 Jehova, ne in ira tua arguas me, neque in ardore tuo castiges me. 3 Miserere mei, Jehova, quoniam debilis ego sum; sana me, Jehova, quoniam conturbata sunt ossa mea. 4 Anima mea turbata est valde; et tu, Jehova, usquequò? 5 Revertere, Jehova, eripe animam meam; serva me propter misericordiam tuam. 6 Quoniam non *est* in morte memoria tui; in sepulchro quis confitebitur tibi?

a. 6. Hoc argumentum ad gratiam Dei impetrandam sæpe in psalmis adhibetur; quòd non *mortui*, sed ii solùm, qui in terris vivunt, Dei nomen et laudes (palam, in ecclesia, inter mortales) celebrare et prædicare possint. Vid. Psal. xxx. p. 10. lxxxviii. 11. cxv. 17, 18, quibus adde Esai. xxxviii. 18.

7 יגעתי באנחתי
אשחה בכל לילה מטתי
בדמעתי *ערשי אמסה :
8 עששה מכעס עיני
עתקה בכל צוררי :
9 סורו ממני כל †פעלי און
כי שמע יהוה קול בכיי :
10 שמע יהוה תחנתי
יהוה תפלתי יקח :
11 ‡יבשו ויבהלו מאד כל §איבי
||ישבו ¶יבשו רגע :

* ערסי 21. † פועלי 12. ‡ ובושו 12. § אויבי 19.
|| ישובו 27. ¶ יבושו 14.

7 Laboravi in gemitu meo, natare facio omni nocte lectum meum lachrymâ meâ, et stratum meum liquefacio. 8 Calligavit præ indignatione oculus meus; inveteravit propter omnes inimicos meos. 9 Recedite a me omnes operantes iniquitatem; quoniam audivit Jehova vocem fletus mei. 10 Audivit Jehova supplicationem meam; Jehova orationem meam suscepit. 11 Pudore afficiantur, et conturbentur valde omnes inimici mei; convertantur subitò.

b. 11. ישבו יבשו. Sed et constructio et versus poscunt, ut alterum ejiciatur. Ego prius retinendum putem, quòd meliùs ei conveniat τὸ רגע, quod sequitur. Vid. Ps. lxx. p. 3[illegible]4.

1 שגיון לדוד אשר שר
ליהוה על דברי כוש בן ימיני :

2 יהוה אלהי בך חסיתי
הושיעני מכל *רדפי והצילני :
3 פן יטרף כאריה נפשי
פרק[a] ואין מציל :
4 יהוה אלהי אם עשיתי זאת
אם יש עול בכפי
5 אם גמלתי †שלמי[b] רע
ואחלצה צוררי ריקם :

* רודפי 8. † שולמי 33.

1 Siggaîon Davîdis, quod cecinit JEHOVÆ super verbis Chus, filii Jemini. 2 JEHOVA, Deus mi, in te spero; serva me ab omnibus persequentibus me, et eripe me. 3 Ne fortè rapiat, ut leo, animam meam, làcerans, et nullus eripiens. 4 JEHOVA, Deus mi, si est iniquitas in manibus meis; 5 Si retribui facienti mihi malum, et spoliavi eum, qui sine causa mihi hostis est;

a. 3. פרק. Gr. μὴ ὄντος λυτρουμένου, sumendo vocem sensu Chaldaico, quomodò sæpe errarunt; illa nempe lingua illis Hebraica longè notior fuit.

b. 5. שלם in Kal nusquam est activum; non igitur potest hìc significare *pacem* cum aliquo *colere*. Interpretes Gr. et alii reddiderunt τοῖς ἀνταποδιδοῦσι

6 ירדף אויב נפשי
וישג וירמס לארץ חיי
וכבודי לעפר ישכן סלה׃
7 קומה יהוה באפך
הנשא בעברות׳ צוררי

6 Persequatur inimicus animam meam, et comprehendat; conculcet in terram vitam meam, et gloriam meam in pulverem collocet. Selah.
7 Surge, Jehova, in ira tua, extollere propter indignationes hostium meorum;

Observandum autem interpretes veteres legisse in hoc et s. v. in plurali שלמי et צורדי; et quod suadet hanc lectionem meliorem esse, צורר etsi in Ps. crebrò occurrat, nusquam aliàs in numero singulari usurpatur.

c. 7. בעברות. Gr. ἐν τοῖς πέρασι. Putarunt nempe עברה idem posse significare ac עבר, cum Jud. iii. 28. occurrat מעברות eodem sensu, quo מעברים διαβάσεις. Alii in *furore*, sed hi de *Dei* ira intelligunt; alii de *ira* hostium. Sed, si de Deo, dixisset Psaltes בעברתך. Sed nec constructio hoc patitur. Mira enim est locutio, ut *ira hostium* sit *ira contra hostes*. Nec meliùs res procedit, si de *ira* hostium accipiatur. Quale enim hoc? *Exurge, Domine*, in *ira tua*, exaltare *in ira hostium vel inimicorum*. Si igitur hæc vera lectio, ב est *contra* furores hostium; quo sensu sæpe accipi ostendit Noldius p. 145. Erat quidem, cum suspicarer lectionem hanc in mendo esse, et legi debere בעבורות *propter*, sensu optimo; בעבור enim notum est significare *propter*. Vid. Psal. cxxxii. p. 10. Quidni vero liceat dicere in plurali בעבורות eodem sensu, ut בנות, *inter*. Sed exemplum desidero.

ועורה אלי משפט צוית :

8 ועדת לאמים תסובבך
ועליה למרום שובה :

9 יהוה ידין עמים
שפטני יהוה כצדקי
וכתמי עלי :

10 יגמר נא רע רשעים
ותכונן צדיק
*ובחן לבות וכליות אלהים צדיק :

11 מגני על אלהים
מושיע ישרי לב :

* ובוחן 26.

et evigila ad judicium, quod præcepisti. 8 Et congregatio populorum circumdabit te, et propter eam in altum revertere. 9 JEHOVA judicabit populos; judica me, JEHOVA, secundum justitiam meam, et secundum perfectionem meam, *quæ est* in me. 10 Consumatur, quæso, malum impiorum, et stabili justum; Deus justus est, et probans corda et renes. 11 Clypeus meus est super Deum, servantem rectos corde.

d. 7. Gr. legerunt אלי, ὁ Θεός μου. Vera fortè lectio אל *ad*, cum præpositio requiratur ante משפט; ad sententiam scilicet contra hostes ferendam, quam Deus in Davidis gratiam dudum ferre decreverat. Vid. Psal. xxxv. p. 23.

12 אלהים שופט צדיק
ואל *זעם בכל יום :
13 אם לא ישוב חרבו ילטוש
קשתו דרך ויכוננה :
14 ולו הכין כלי מות
חציו †לדלקים יפעל :
15 הנה יחבל און
והרה עמל וילד שקר :
16 בור כרה ויחפרהו
ויפל בשחת יפעל :
17 ישוב עמלו בראשו
ועל קדקדו חמסו ירד :
18 אודה יהוה כצדקו
ואזמרה שם יהוה עליון :

* זועם 60. † לְדולקים 18.

12 Deus judex justus, et Deus indignans omni die.
13 Si non conversus fuerit, gladium suum acuet ; ar-
cum suum tetendit, et paravit illum. 14 Ei paravit
vasa mortis ; sagittas suas in persequentes operabitur.
15 Ecce parturit iniquitatem, et concepit perversitatem,
et pariet mendacium. 16 Cisternam fodit, et effodit
eam ; et cecidit in foveam, *quam* operatus est. 17 Con-
vertetur perversitas ejus in caput ejus ; et super verti-
cem ejus iniquitas ejus descendet. 18 Laudabo JEHO-
VAM secundum justitiam ejus ; et psallam nomini JEHO-
VÆ altissimi.

1 לַמְנַצֵּחַ עַל הַגִּתִּית מִזְמוֹר לְדָוִד׃

---

2 יהוה * אדנינו
מה אדיר שמך בכל הארץ
אשר תנה הודך על השמים
3 מפי עוללים † וינקים
יסדת עז למען צורריך
להשבית אויב ומתנקם׃
4 כי אראה שמיך מעשה ‡ אצבעתיך
ירח וכוכבים אשר כוננתה׃
5 מה אנוש כי תזכרנו
ובן אדם כי תפקדנו׃

* אדנינו 8. † וינקים 63. ‡ אצבעותיך 26.

1 Præcentori super Haggittit, psalmus Davidis.
2 Jehova, Domine noster, quàm grande est nomen tuum in universa terra! Qui ponis gloriam tuam super cœlos.
3 Ex ore parvulorum et lactantium fundasti fortitudinem propter inimicos tuos, ad faciendum cessare inimicum et ultorem.
4 Quum vide cœlos, opus digitorum tuorum; lunam et stellas, quas præparasti;
5 Quid est homo, quòd recorderis ejus; et filius hominis, quòd visites eum?

6 ותחסרהו מעט מאלהים
וכבוד והדר תעטרהו :
7 תמשילהו במעשי ידיך
כל שתה תחת רגליו :
8 *צנה ואלפים כלם
וגם בהמות שדי ;
9 צפור שמים ודגי הים
†עבר ארחות ימים :
10 יהוה אדנינו
מה אדיר שמך בכל הארץ :

* צאנה 11. † עובר 19.

6 Deficere fecisti eum paululùm ab Angelis, atque gloria et decore coronasti eum. 7 Dominari fecisti eum in opera manuum tuarum ; omnia posuisti sub pedibus ejus. 8 Pecudes, et boves, universa ipsa, et etiam bestias agri. 9 Volucres cœli, et pisces maris, transeuntes semitas marium. 10 Jehova, Domine noster, quàm grande est nomen tuum in universa terra.

a. 6. ותחסרהו. In Heb. copula præcedit, quod solemni errore accidit, quod vox præcedens in *vau* desinat. Versu autem primo seq. periodi eadem occasione copula excidit. Gr. utroque in loco rectè ἠλάττωσας—κ̀ κατέστησας.

1 למנצח על מות לבן מזמור לדוד׃

---

2 אודה * יהוה בכל לבי
אספרה כל נפלאותיך׃
3 אשמחה ואעלצה בך
אזמרה שמך עליון׃
4 בשוב אויבי אחור
יכשלו ויאבדו מפניך׃
5 כי עשית משפטי ודיני
ישבת לכסא שפט צדק׃
6 גערת גוים אבדת רשע
שמם מחית לעולם ועד׃
7 האויב תמו חרבות לנצח
וערים נתשת אבד זכרם המה׃

1 Præcentori super Mutlabben, canticum Davidis.
2 Laudabo JEHOVAM in toto corde meo; narrabo om-
nia mirabilia tua.
3 Lætabor et exultabo in te;
cantabo nomen tuum, Altissime.
4 Quum retroce-
dant inimici mei retrorsum, impingent, et peribunt à fa-
cie tua.
5 Quoniam fecisti judicium meum et cau-
sam meam; sedisti in folio judicans justitiam.
6 In-
crepasti gentes, perdidisti impium; nomen eorum de-
levisti in seculum et sempiternum.
7 Inimice, defe-
cerunt villæ in seculum; et urbes destruxisti, periit me-
moria earum.

a 2. Gr. verterunt ἐξομολογήσομαί σοι, κύριε, quasi legissent אודך.

8 ויהוה לעולם ישב
כונן למשפט כסאו :
9 והוא *ישפט תבל בצדק
ידין לאמים במישרים :
10 ויהי יהוה משגב לדך
משגב לעתות בצרה :
11 ויבטחו בך יודעי שמך
כי לא עזבת †דרשיך יהוה :
12 זמרו ליהוה ‡ישב ציון
§הגידו בעמים עלילותיו :
13 כי ‖דרש דמים אותם זכר
לא שכח צעקת עניים :
14 ¶חננני יהוה ראה עניי משנאי
מרוממי משערי מות :

* ישפוט 8. † דורשיך 25. ‡ יושב 18. § הגידו 77.
‖ ודרש 19. ¶ חנני 23.

8 Jehova in seculum permanebit; paravit ad judicium solium suum. 9 Et ipse judicabit orbem in justitia; judicabit populos in rectitudinibus. 10 Et erit Jehova exaltatio pauperi; exaltatio ad tempora in angustia. 11 Et sperabunt in te scientes nomen tuum; quia non deseruisti quærentes te, Jehova. 12 Cantate Jehovæ habitanti in Sione; annunciate in populis opera ejus. 13 Quoniam quærens sanguines, eorum recordatus est; non oblitus est clamoris pauperum. 14 Miserere mei, Jehova; vide afflictionem meam ab osoribus meis, exaltans me de portis mortis;

15 למען אספרה כל *תהלתיך
בשערי בת ציון אגילה בישועתך׃
16 טבעו גוים בשחת עשו
ברשת זו טמנו נלכדה רגלם׃
17 נודע יהוה ᵇמשפט עשה
בפעל כפיו נוקש רשע ᶜהגיון סלה׃
18 ישובו רשעים ᵈלשאולה
כל גוים שכחי אלהים׃

* תהלתך 39.

15 Ut narrem omnes laudes tuas in portis filiæ Sion,
et exultem in salute tua. 16 Demersæ sunt gen-
tes in foveam, *quam* fecerunt; in reti, quod abscon-
derunt, captus est pes eorum. 17 Notus est Jeho-
va in judicio, quod fecit; in opere manuum suarum il-
laqueatus est impius. Higgaion, Selah. 18 Rever-
tentur impii ad sepulchrum, omnes gentes oblitæ Dei.

b. 17. ב inseri non minùs constructio, quàm metrum poscit. Deus judicio, quod splendidè fecerat, cognitus est, seu innotuit.

c. 17. Ante *selah* in Heb. est *higgaion*, quod videtur instrumenti cujusdam musici nomen fuisse. Vid. Ps. xcii. p. 4. Sed Gr. hìc et illic reddiderunt ᾠδή. Quicquid verò significet hæc vox, nihil facit ad sensum, sed musicam solùm spectat, pariter ac *selah*, et e margine in textum irrepsit, quod et aliis vocibus ad cantum vel musicam pertinentibus accidisse pluribus exemplis patet. Vid. Psal. xxxix. p. 6. xlv. 10. lxxvii. 7. et lxxxix. 16.

d. 18. Heb. לשאולה. Manifesto, ut mihi videtur, errore. Dicendum enim vel שאולה, ut Gen. xxxvii. 35. xlii. 38. et alibi; vel לשאול quod solum in psalmis usurpatur.

D

19 כי לא לנצח ישכח אביון
תקות *ענוים †תאבד לעד :
20 קומה יהוה אל ‡ יעז אנוש
ישפטו גוים על פניך :
21 שיתה יהוה § מורה להם
ידעו גוים אנוש המה סלה :

* ענוים 18. † לא תאבד 1. ‡ יעוז 26. § מורא 3.

19 Quoniam non in seculum oblivioni tradet egenum; expectatio pauperum *non* peribit in seculum. 20 Surge, JEHOVA, ne invalescat homo; judicentur gentes coram facie tua. 21 Pone, JEHOVA, timorem super eis; sciant gentes, quod homines sunt. Selah.

PSALM. X. י

1 למה יהוה *תעמד ברחוק
תעלים[a] לעתות בצרה :
2 בגאות[b] רשע ידלק עני
יתפשו במזמות זו חשבו :

* תעמוד 11.

1 Quare, JEHOVA, stas in longinquo; abscondis te in temporibus in angustia? 2 In elatione improbus afflictum persequitur; capiantur in cogitationibus, quas cogitant.

a. 1. Constructio et versus postulant תתעלים in *Hithpahel*; quod firmat etiam Ps. lv. v. 2, ubi eadem vox.

b. 2. בגאות. Hebr. in statu constructio; sed locus absolutum postulat, רשע enim est in primo casu.

3 כי הלל רשע על תאות נפשו
*ובצע ברך׳ נאץ יהוה :
4 רשע ‡כגבה אפו׳ בל †ידרש
אין אלהים כל מזמותיו :
5 יחילו׳ §דרכו בכל עת

* ובוצע 15. † כגבה 14. ‡ ידרוש 14. § דרכיו 53.

3 Quoniam gloriatur impius super desiderio animæ suæ;
et avarus benedicit sibi, et contemnit JEHOVAM. 4 Im-
pius secundum fastum nasi sui *dixit*, *Jehova* non in-
quiret. Non esse Deum, sunt omnes cogitationes ejus.
5 Dolore afficiunt viæ ejus omni tempore.

c. 3. ברך. Ut הלל vertitur *sibi plaudit*; sic hoc Cl. Clericus rectè videtur vertisse, *avarus sibi blanditur*. Sed alii, *avaro blanditur*.

ו necessariò inserendum et sententiæ et versûs gratia. Videtur verò reddendum, *contumeliosè sprevit*. Gr. παρώξυνε. Lat. *irritavit*, exacerbavit.

d. 4. יהוה אמר desunt. Psalmus hic longinqui temporis injuria multis locis affectus est. Plures non literæ tantùm, sed et voces integræ vel penitus deletæ, vel ita evanidæ factæ, ut legentium aciem prorsus fugerent. Cujus insigne hic exemplum; has enim voces hoc loco excidisse quivis facilè viderit, qui hæc contulerit cum p. 13.

e. 5. ו excidit, quòd eadem litera proximè præcesserit. Quid verò significet יחילו, inter eruditos non constat. Chaldæo est *prosperantur*, vel prosperè succedunt, quod et *Muis*. probat, quasi a חיל, *fortem esse*. Gr. βεβηλοῦνται, sensu non incommodo, a חלל; sed tunc legendum יחלו fut. Niphal. Aliis, *dolore afficiunt*, sc. *bonos*, seu aliis terrori sunt.

מרום משפטך מנגדו
כל[f] צורריו יפיח בהם ׃
6 אמר בלבו בל אמוט
*לדר †ודר אשר לא ברע ׃
7 אלה פיהו מלא ומרמות [g] ‡ותך
תחת לשנו עמל ואון ׃
8 ישב במארב[h] חצרים
במסתרים יהרג נקי
עיניו לחלכה §יצפנו ׃

* לדור 50. † ודור 46. ‡ ותוך 49. § יצפונו 13.

In altitudine sunt judicia tua ex adverso ejus; et omnes hostes ejus, sufflat in illos. 6 Dicit in corde suo, non movebor in generationem et generationem, quia non est in malo. 7 Execratione os ejus plenum est et dolis; et fraus sub lingua ejus, perversitas et iniquitas. 8 Sedet, ut insidians villis, in latibulis ad occidendum innocentem; oculi ejus pauperem clàm observant.

f. ו, cum alterum præcesserat, excidit.

g. 7. Hanc periodum aliter ac in Hebr. interpungendam putavi; cætera nihil muto.

h. 8. Cum sequatur במסתרים, elegantius participium כמארב, et *b* facili errore pro *k* positum, cum sint simillima. Symmachus ἐνεδρεύων περὶ τὰς αὐλὰς (alii πύλας) Hieron. insidians juxta vestibula.

9 יארב *במסתר* כאריה
בסכה יארב לחטוף עני
†יחטף עני במשכו ברשתו :
10 §ודכה ‡ישח
ונפל ||בעצומיו חלכאים :
11 אמר בלבו שכח אל*
הסתיר פניו בל ראה לנצח :

* במסתרים 4. † יחטוף 9. לחטף 1. יחטף עני carent 2. ‡ ידכה 25. § ישוח 51. || בעצמיו 34.

9 Insidiatur in latibulis, sicut leo in tugurio suo; insidiatur ad rapiendum pauperem; in trahendo eum in rete suum. 10 conteret. Deprimuntur, et cadunt in manus fortium ejus congregatio attritorum. 11 Dicit in corde suo, Oblitus est Deus, occultavit faciem suam, non videt in seculum.

i. 9. Metrum poscit plurale במסתרים, quod periodo etiam præcedente firmatur. Vid. etiam Psal. xvii. p. 12. Plura exempla sunt, ubi pluralis terminatio vocis excidit, quod fortè compendio cuidam finales syllabas scribendi debetur in Hebraicis pariter, ac in Græcis et Latinis literis.

k. 9. לחטוף עני. In Hebr. sequitur יחטף עני; quæ est mera præcedentium verborum repetitio ex incuria librarii orta; prima enim olim litera non *yod* fuit, sed *lamed*, nam sic Gr. redditur ἁρπάσαι πτωχὸν, ἁρπάσαι πτωχὸν. Neque sanè sententia hanc lectionem ferre potest. Nondum enim pauperem improbus arripuit; hoc in sequentibus dicitur.

l. 11. אל compendio quodam scribendi positum videtur pro אלהים; et sic iterum ver. 12.

12 קומה יהוה אל נשא *ידך
אל תשכח †ענוים :
13 על מה נאץ רשע אלהים
אמר בלבו ‡לא תדרש :
14 §ראתה כי אתה עמל
וכעס תביט לתת בידך
עליך יעזב חלכה יתום
אתה היית עזר :
15 ||שבר זרוע רשע ורע
תדרוש רשעו^m בל תמצא :
16 יהוה מלך עולם ועד
אבדו גוים מארצו^n :

* ידיך 38. † ענוים 34. ‡ תדרוש 18. § ראיתה 26.
|| שבור 50.

Surge, JEHOVA, Deus, eleva manum tuam; ne oblivis-
caris pauperum. 13 Propter quid contempsit impius
Deum? Quòd dicit in corde suo, non requires. 14 Vi-
des tu perversitatem, et indignationem aspicis; ad dan-
dum in manu tua *est*; super te relinquit pauper, pupil-
lo tu fuisti adjutor. 15 Contere brachium impii et
mali; *cum* quæsiveris impietatem, non invenies. 16 JE-
HOVA Rex in seculum et æternum; perierunt gentes de terra.

m. 15. Sensus est, tam graves pœnas de improbis sumito, ut nulla ampliùs improbitas supersit, sed penitus tollatur.

n. 16. מארצו. Sed *vau* sequenti versiculo præponendum. Vid. Psal xxi. 11.

17 תאות ענוים שמעת יהוה
תכין לבם תקשיב *אזנך׃
18 †לשפט יתום ודך
בל יוסיף עוד ‡לערץ אנוש מן הארץ׃

* אזניך 18. † לשפוט 13. ‡ לערוץ 23.

17 Desiderium mansuetorum exaudis, JEHOVA; stabilis cor eorum; intendere facis aurem tuam, 18 Ad judicandum pupillum et tenuem; non addet amplius sævire homo de terra.

PSALM. XI. יא

למנצח לדוד׃

---

1 ביהוה חסיתי
איך תאמרו לנפשי
*נודו הרכם צפור[a]׃
2 כי הנה הרשעים ידרכון קשת

* נודי 58.

1 Præcentori, Davidis. In JEHOVA speravi; quomodo dicitis animæ meæ, fuge ad montem, sicut avicula?
2 Quoniam ecce, impii tetenderunt arcum,

a. 1. הר כצפור. Manifestum est hanc veram esse lectionem. Gr. ἐπὶ τὰ ὄρη ὡς στρουθίον. Hebr. הרכם pro הר כ delecto *m.*

כוננו חצם על יתר
לירות במו אפל לישרי לב :
3 כי השתות ' יהרסון
צדיק מה פעל :
4 יהוה בהיכל קדשו
יהוה בשמים כסאו
עיניו יחזו
עפעפיו יבחנו בני אדם
5 יהוה צדיק יבחן ' ורשע
* ואהב חמס שנאה נפשו :
6 ימטר על רשעים פחים אש
וגפרית ורוח זלעפות מנת כוסם :

* ואוהב 8.

paraverunt sagittam suam super chordam, ad jaculandum in caligine in rectos corde. 3 Quum fundamenta destruentur, justus quid faciet? 4 JEHOVA in templo sanctitatis suæ; JEHOVA, in cœlis est solium ejus; oculi ejus vident, palpebræ ejus probant filios hominum. 5 JEHOVA justus; impium ac diligentem iniquitatem odit anima ejus. 6 Pluet super impios laqueos, ignem, et sulphur; et ventus procellarum portio calicis eorum.

b. 3. Verbum, quod sequitur, ostendit השתות hic rectè verti *fundamenta*, sed de sensu non satis constat. Optimi interpretes, Symmachum et Hieronymum secuti, intelligunt de *legibus*, in quibus civium salus vertitur.

c. 5. יבחן inducendum ו, cum totam periodum ratione et sensûs et metri cor-

7 כי צדיק יהוה צדקות אהב
ישר יחזו פנימו׃

7 Quoniam justus JEHOVA, justitias diligit; rectum videbit vultus ejus.

PSALM. XII. יב

1 למנצח על השמינית מזמור לדוד׃

---

2 הושיעה יהוה כי גמר חסיד
כי פסו אמונים מבני אדם
3 שוא ידברו • איש *את רעהו
שפת חלקות בלב ולב ידברו׃
4 יכרת יהוה כל שפתי חלקות

* אל׳ 14.

1 Præcentori super octavam, canticum Davidis. 2 Serva, JEHOVA, quoniam défecit misericors; quoniam defecerunt fideles à filiis hominum. 3 Mendacium loquitur quisque cum proximo suo; labio blanditiàrum, in corde & corde loquuntur 4 Succidet JEHOVA universa labia blanditiarum,

rumpat; et nihil aliud sit, quàm יבחנו præcedentis versiculi, hìc errore librarii repositum. Pessimè hìc Gr. ὁ ἀγαπῶν ἀδικίαν μισεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. Cum sensus planè sit, improbum et iniquitatem diligentem odit *anima Dei*.

a. 3. Hebr. ידברו. Sed Gr. ἐλάλησεν. Et sic constructio et versus legi volunt.

לשון מדברת *גדלות׃

5 אשר אמרו †ללשננו
נגביר שפתינו אתנו
מי אדון לנו׃

6 ‡משד עניים מאנקת אביונים
עתה אקום יאמר יהוה
אשית בישע^b יפיח לו׃

7 אמרות יהוה אמרות §טהרות
כסף צרוף בעליל
לארץ ||מזקק שבעתים׃

* גדולות 42. † ללשונינו 22. ללשוננו 27.
‡ משוד 23. § טהורות 37. || מזוקק 20.

linguam loquentem magna; 5 Qui dicunt, lingua nostra prævalebimus, labia nostra nobiscum, quis dominus nobis? 6 Propter vastitatem pauperum, propter clamorem inopum, nunc surgam, dicit JEHOVA; ponam in salute *a laqueis, quos* injiceret illi. 7 Eloquia JEHOVÆ eloquia munda, sicut argentum excoctum in fornace terrea, defæcatum septempliciter.

b. 6. מפחים huc transferri potest ex Psal. xi. p. 6. cum ibi superfluum sit, hic verò positum locum, valde aliàs impeditum, facilè extricet, et obscurum in clara luce collocet.

8 אתה יהוה *תשמרם
תצרנו מן הדור זו לעולם׃
9 סביב רשעים יתהלכון
†כרם׳ זלות לבני אדם׃

* תשמרנו. 1. † כרום 29. ברום 2.

8 Tu, JEHOVA, servabis illa, costodies eum à generatione hac in seculum. 9 Circumquaque impii ambulant, quum exaltantur vilitates filiorum hominum.

PSALM. XIII. יג

1 למנצח מזמור לדוד׃

---

2 עד אנה יהוה תשכחני נצח
עד אנה תסתיר את פניך ממני׃
3 עד אנה אשית עצות׳ בנפשי
יגון בלבבי יומם

1 Præcentori, canticum Davidis. 2 Usquequo, JEHOVA, oblivisceris mei? In seculum? Usquequo abscondes faciem tuam à me? 3 Usquequo ponam dolores in anima mea; mœrorem in corde meo?

c. 9. Locus obscurissimus, de quo vid. interpretes. Ego mendi aliquid latere arbitror; sed, quid sit, divinare nequeo. Sensus autem videtur postulare ברם, i. e. cum exaltantur. Sed quocunque me vertam, sensum periodi hujus fateor me non intelligere, nisi hinc amota post primam ponatur.

a. 3. Nec facile est dicere, quod sit ponere *consilia*

עד אנה ירום *איבי עלי׃
4 הביטה עננִי יהוה אלהי
האירה עיני פן אישן המות׃
5 פן יאמר †איבי יכלתיו
צרי יגילו כי אמוט׃
6 ואני בחסדך בטחתי
יגל לבי בישועתך
אשירה ליהוה כי גמל עלי׃

* איבי 31. † איבי 22.

Usquequo exaltabitur inimicus meus super me? 4 Aspice, exaudi me, JEHOVA, Deus mi; illumina oculos meos, ne fortè dormiam *in* morte; 5 Ne fortè dicat inimicus meus, prævalui; et hostes mei exultent, si nutavero. 6 Ego in misericordia tua spero; exultabit cor meum in salute tua; et cantabo JEHOVÆ, quoniam retribuit mihi.

in anima, nec connectio ulla est inter hanc loquutionem, et eam, quæ proximè sequitur; cum tamen pro poeseos Hebr. indole deberent esse ferè *ἰσοδύναμα*, quod facit ut legendum עצבות putem; quomodo idem bis dicetur.

b. 5. Errore librarii ו huic voci affixa est, quæ sequenti præponi debuerat; quod res ipsa liquidò ostendit.

*למנצח לדוד

1 אמר נבל בלבו אין אלהים
השחיתו · התעיבו †עלילה·
אין ‡עשה טוב :
2 יהוה משמים השקיף
על בני אדם
לראות היש משכיל·
§דרש את אלהים :

* למנצח לדוד caret 1. † עלילות 1.. ‡ עושה 16 ד.
§ דורש 16.

1 Præcentori, Davidis. Dixit ſtultus in corde suo, Non est Deus ; perditè egerunt, *et* abominabiles facti sunt *in* opere ; non *est*, qui faciat bonum. 2 JEHOVA è cœlis prospexit super filios hominum ad videndum, an sit intelligens, quærens Deum.

a. 1. Copula et ad constructionem et ad versum requiritur, et in Psal. liii, qui idem est ac hic, pauculis immutatis, ita legitur.

b. 1. In loco parallelo est עול. Malè.

c. 2. Cum hæc vox in tredecim psalmorum titulis occurrat, et in hujus ipsius psalmi altero exemplari habeatur ; suspicio inde mihi nata est, ex margine in textum irrepsisse ; neque enim ad versum necessaria est, nec usquam aliàs in psalmis sic absolutè positum reperitur pro *sapiente*.

3 הכל *סר[d] יחדו נאלחו
אין †עשה טוב אין גם אחד[e] :
4 הלא ידעו כל[f] ‡ פעלי און
אכלי עמי [g] אכלו לחם
§יהוה[h] לא קראו :
5 שם פחדו פחד[i]
כי אלהים[k] בדור צדיק :

* סג 2. † עושה 10. ‡ פּוּעלי 6. § אלהים 2.

3 Omnes declinaverunt, pariter fœtuerunt ; non *est* faciens bonum, non *est* etiam unus. 4 Nonne cognoverunt operantes iniquitatem, qui comedunt populum meum, *ac si* comederent panem ; et Deum non invocant ? 5 Ibi timent timore, *ubi non est timor* ; quoniam JEHOVA in generatione justi.

d. 3. In Psal. liii. סג כלו. Græci utrobique πάντες ἐξέκλιναν.

e. 3. Inter commata 3 et 4 in Codd. duobus extant קבר פתוח גרונם לשונם יחליקון חמת עכשוב תחת לשונם אשר פיהם אלה ומרמה מלא קלו רגליהם לשפוך דם : מזל רע ופגע רע בדרכיהם ודרך שלום לא ידעו אין פחד אליהם לנגד עיניהם : Vid. *Kenn.* lect. var. Vid. etiam interpret. Gr. et Rom. i. 13—18.

f. 4. כל corrumpit versum, et abest a loco parallelo. Sed utrobique habent. Gr.

g. 4. Deest כ ; sed inseri debere et sensus et metrum ostendunt.

h. 4. Psal. liii. 5. אלהים ; et sic versus legi postulat, nisi ו inseratur ante יהוה.

i. 5. לא היה פחד hic inseri possunt ex Ps. liii ; et sic Gr. legerunt.

k. 5. Metrum יהוה legendum esse ostendit. Qui

6 עצת עני תבישו
כי יהוה מחסהו :
7 מי יתן מציון ישועת ישראל
בשוב *יהוה׳ שבות עמו
יגל יעקב ישמח ישראל :

* אלהים I.

6 Consilium pauperis pudore afficitis, quoniam JEHOVA spes ejus *est.* 7 Quis dabit ex Sione salutem Israelis? Quando converterit JEHOVA captivitatem populi sui, exultabit Jacob, lætabitur Israel.

psalmum hunc cum liii. contulerit, non possit non animadvertere, voces has יהוה et אלהים perpetuo ferè errore invicem confundi, et alteram alterius locum occupare, ut sine metri ope difficillimum sit dignoscere, quæ sit vera lectio. Hæc autem periodus adeo diversa est ab illa, quæ habetur in Psal. liii, ut tam immanem differentiam vix putem ex eo oriri, quòd iste psalmus ex alio codice, eoque meliore, exscriptus sit, quod censuit Cl. Clericus; sed immutationem hanc consultò factam fuisse, ut rei meliùs conveniret, quæ occasionem ei repetendo dederat; vix enim fieri poterat, quin tot immutationes in tam paucis verbis, si incuriæ exscribentis deberentur, metrum aliqua ex parte corrupissent.

l. 7. In loco parallelo est אלהים. Hæc autem in captivitate populi, sive Israelitici, sive Judaici, videntur scripta, quod monuit Cl. Clericus; quod si verum sit, hinc liquet psalmos omnes non Davidis esse, quibus præfixum est לדוד.

מזמור לדוד :

1 יהוה מי יגור באהלך
* מי ᵃ †ישכן בהר קדשך :
2 הולך תמים ‡ופעל צדק
§ודבר אמת בלבבו :
3 לא רגל על ‖לשנו
לא עשה לרעהו רעה
וחרפה לא נשא על ¶קרבו :
4 נבזה בעיניו נמאס
ᵃואת יראי יהוה יכבד
נשבע להרעᵇ ולא ○ימר :

* ומי 26 † ישכונ 13. ‡ ופועל 23. § ודובר 11.
‖ לשונו 55. ¶ קרובו 32. ○ ימיר 57.

Canticum Davidis. 1 JEHOVA, quis diversabitur in tabernaculo tuo; et quis habitabit in monte sanctitatis tuæ? 2 Ambulans perfectè, et operans justitiam, et loquens veritatem in corde suo. 3 Non obtrectat linguâ suâ, non facit proximo suo malum, et approbrium non accipit contra propinquum suum. 4 Contemptus est in oculis ejus rejectaneus, timentes autem JEHOVAM glorificat; vicino *suo* juravit, et non mutat.

a. 1. ו necessariò addendum propter versum, et sic meliùs cohæret oratio. Vid. Ps. xxiv. p. 3.

b. 4. להרע, *proximo suo* pro לרע, præter solitum ה emphatico per ל non excluso; sic Gr. τῷ πλησίον.

5 כספו לא נתן בנשך
ושחד על נקי לא לקח
*עשה אלה לא ימוט לעולם׃

* עושה 5.

5 Argentum suum non dat ad usuram, et munus contra innocentem non accipit; faciens hæc non movebitur in seculum.

PSALM. XVI. יו

מכתם לדוד׃

1 שמרני אל כי חסיתי בך׃
2 *אמרת^a ליהוה אדני אתה
טובתי בל עליך׃
3 לקדושים אשר בארץ
המה ואדירי כל חפצי בם

* אמרתי 21.

Aureum Davidis. 1 Custodi me, Deus, quoniam spero in te. 2 Dixi JEHOVÆ, Dominus meus tu es; bonum meum non ad te; 3 Sed ad sanctos, qui in terra sunt, et fortes; omnis voluntas mea in illis est.

a. 2. Hebr. אמרת manifesto errore, et sensu et metro repugnante. Gr. εἶπα. Vid. Psal. xxxi. p. 15, et cxl. 7.

4 ירבו עצבותם ᵇ אחר מהרו
בל אסיך נסכיהם מדם
ובל אשא את שמותם על שפתי :
5 יהוה מנת חלקי וכוסי
אתה *תומך גורלי :
6 חבלים נפלו לי †בנעימים
אף נחלת שפרה עלי :
7 אברך את יהוה אשר יעצני
אף לילות יסרוני כליותי :
8 שויתי יהוה לנגדי תמיד
כי מימיני בל אמוט :

* תומך 23. † בנעמים 8.

4 Multiplicabuntur dolores eorum, *qui post* alienum *Deum* festinant. Non libabo libamina eorum de sanguine, nec assumam nomina eorum in labiis meis.
5 JEHOVA pars portionis meæ et calicis mei; tu sustentas sortem meam. 6 Funes ceciderunt mihi in amœnis *locis*; etiam hæreditas speciosa *est* super me. 7 Benedicam JEHOVÆ, qui consulit mihi; etiam noctibus erudiunt me renes mei. 8 Pono JEHOVAM coram me semper; quia à dextera mea *est*, non movebor.

b. 4. Lacuna, ni fallor, manifesta in Heb. quam sic explendam censeo, sensu et versu quædam inseri postulante, אשר אחר אל. Adi interpretes, qui omnes אחר de *deo alieno* intelligunt. Sed veteres reddiderunt, *μετὰ ταῦτα*, et *εἰς τὰ ὀπίσω*.

9 לכן שמח לבי ויגל כבודי
אף בשרי ישכן לבטח :
10 כי לא תעזב נפשי לשאול
לא תתן *חסידיךc לראות שחת :
11 תודיעני ארח חיים
†שבע שמחות אתd פניך
‡נעמות בימינך נצח :

* חסידך 178 † שובע 26. ‡ נעימות 65.

9 Propterea lætatum est cor meum, et exultavit gloria mea; etiam caro mea habitabit confidenter. 10 Quoniam non derelinques animam meam in sepulchro; non permittes misericordem tuum videre corruptionem.
11 Scire facies me semitam vitæ; satietas lætitiarum *est* in vultu tuo; jucunditates *sunt* in dextera tua in seculum.

c. 10. Gr. τον ὅσιόν σου.

d. 11. Nescio, quo fato acciderit, ut sæpius ante פניך inseratur את ad corrumpendum versum. את פני quidem sæpius occurrit, valetque *coram*. Vid. Nold. p. 140. Sed his in locis, ante פניך positum, prorsus inutile est; metrumque ostendit vel penitus tollendum esse, vel in ל vertendum, Vid. Ps. xxi. p. 7. et cxl. 14.

תפלה לדוד ׃

1 שמעה יהוה צדק ᵃ הקשיבה רנתי
האזינה תפלתי בלא שפתי מרמה ׃
2 מלפנך משפטי יצא
עינך תחזינה מישרים ׃
3 בחנת לבי פקדת לילה צרפתני
בל תמצא * זמתי ᵇ בל יעבר פי ׃
4 † לפעלות ᶜ אדם בדבר שפתיך
אני שמרתי ארחות פריץ ׃

* זמותי 49. † לפעולות 7.

Oratio Davidis. 1 Audi, JEHOVA justitiæ meæ, intende clamori meo; orationem meam ausculta, *quæ est* absque labiis doli. 2 A facie tua judicium meum egrediatur; oculi tui videant æquitates. 3 Probasti cor meum, visitasti nocte, conflasti me; non invenies cogitationem malam *in me*; non transgredietur os meum. 4 Propter opera hominum; ex verbo labiorum tuorum ego cavi a semitis dissipatoris.

a. 1. Qualis loquutio nusquam occurrit, sed אלהי צדקי habuimus Ps. iv. p. 2. et sic אלהי חסדי, Ps. lix. 11; sic etiam legerunt Gr.

b. 3. Gr. ἐν ἐμοὶ ἀδικία. Unde videntur legisse בי זמה.

c. 4. Propter hominum facinora. ל sæpe hanc vim habere docebit Noldius, p. 457.

5 * תמך † אשרי במעגלותיך
בל נמוטו פעמי׃
6 אני קראתיך כי תענני אל
הט אזנך לי ‡ שמע אמרתי׃
7 § הפלה חסדיך מושיע חוסים
ממתקוממים בימינך׃
8 שמרני כאישון בת עין
בצל כנפיך תסתירני׃
9 מפני רשעים זו שדוני
|| איבי בנפש יקיפו עלי׃

* תמוך 44. † אשורי 55. ‡ ושמע 4. § הפלא 35.
|| אויבי 25.

5 Sustenta gressus meos in orbitis tuis, non dimoveantur vestigia mea. 6 Ego invocavi te, quoniam exaudis me, Deus; inclina aurem tuam mihi, et audi eloquium meum. 7 Insignes præsta pietates tuas, qui servas sperantes *in te* ab insurgentibus dextera tua. 8 Custodi me, ut nigrum pupillæ oculi; in umbra alarum tuarum absconde me. 9 A facie impiorum, qui vastant me; inimicorum meorum, *qui* animam meam circumdant.

d. 6. Inseratur ו, poscente versu, et astipulante versione Gr. καὶ εἰσάκουσον.
e. 7. בך, quod deest in Hebr. inserendum esse versus docet; et sic Gr. ἐπὶ σέ.

10 חלבמו סגרו
פימו דברו בגאות׃
11 *אשרנו עתה †סבבוני
עיניהם ישיתו לנטות בארץ׃
12 ‡דמינו §כאריה יכסוף לטרף
וככפיר ‖ ישב במסתרים׃
13 קומה יהוה קדמה פניו הכריעהו
פלטה נפשי מרשע חרבך׃
14 ממתים ידך יהוה
ממתים מחלד חלקם בחיים

* אשורנו 45. אשורינו 14. † סבבונו 53. ‡ דמיונו 34.
§ לטרוף 24. ‖ יושב 15.

10 Contra me adipem suum clauserunt; ore suo loquuntur superbè. 11 Quin etiam gressus illorum circumdant me; oculos suos ponunt ad prosternendum in terram. 12 Expectarunt me, ut leo, *qui* desiderat prædam suam; et ut leunculus manens in abditis.
13 Surge, Jehova, præveni faciem ejus; incurva eum, erue animam meam impio, gladio tuo; 14 Ab hominibus, manu tua, Jehova; hominibus de mundo, quorum portio *est* in vita,

f. 12. דמוני omnino legendum, et sic Gr. legerunt, ὑπέλαβόν με; quomodo idem verterunt Psal. xlviii. p. 10. ὑπελάβομεν.

* וצפינך תמלא בטנם ישבעו בנים
והניחו יתרם לעולליהם :
15 † ᵍאני בצדק אחזה פניך
אשבעה בהקיץ תמונתך :

* וצפונך 47. † ואני 1.

et abscondito tuo imples ventrum eorum. Saturantur filiis, et demittunt residuum suum parvulis suis. 15
Ego *vero* in justitia videbo faciem tuam; satiabor, quum expergefactus fuero, imagine tua.

PSALM. XVIII. יח

1 למנצח לעבד יהוה לדוד אשר דבר
ליהוה את דברי השירה הזאת ביום
הציל יהוה אותו מכף כל איביו ומיד שאול :

2 ויאמר
ארחמך יהוה חזקי :

Præcentori, servi Jehovæ, *nempe* Davidis, qui locutus est Jehovæ verba cantici hujus in die, *qua* eripuit Jehova eum de manu omnium inimicorum suorum, et de manu Saulis; 2 Et dixit, Diligam te, Jehova, fortitudo mea.

g. 15. In Hebr. deest copula ו; sed ad versum desideratur, et sic legerunt Gr. ἐγὼ δὲ.

3 יהוה סלעי ומצודתי
ומפלטי *אלי
צורי אחסה בו
מגני וקרן ישעי משגבי :
4 †מהלל אקרא יהוה
ומן‡ איבי אושע :
5 אפפוני חבלי מות
ונחלי בליעל יבעתוני :
6 חבלי שאול סבבוני
קדמוני מוקשי מות :
7 בצר לי אקרא יהוה
ואל אלהי אשוע
ישמע מהיכלו קולי
ושועתי לפניו §תבא באזניו :

* אלהי 5. † מהולל 13. ‡ אויבי 21. § תבוא 39.

3 JEHOVA petra mea, et arx mea, et erutor meus ; Deus meus, fortitudo mea, sperabo in eo ; scutum meum, et cornu salutis meæ, elevatio mea. 4 Laudandum invocabo JEHOVAM ; et ab inimicis meis salvabor. 5 Circumdederant me dolores mortis, et torrentes Belial terrebant me. 6 Dolores sepulchi circumdederant me ; prævenerant me laquei mortis. 7 In angustia mihi invocavi JEHOVAM, et ad Deum meum clamavi ; exaudivit de templo suo vocem meam, et clamor meus introivit in aures ejus.

8 ותגעש ותרעש הארץ
ומוסדי הרים ירגזו
ויתגעשו כי חרה לו׃
9 עלה עשן באפו
ואש מפיו תאכל
גחלים בערו ממנו׃
10 ויט שמים וירד
וערפל תחת רגליו׃
11 וירכב על כרוב ויעף
וידא על כנפי רוח׃
12 ישת חשך סתרו
סביבותיו סכתו
חשכת מים עבי שחקים׃
13 *מנגה נגדו עביו עברו

* מנוגה 11.

8 Et commota est et contremuit terra ; et fundamenta montium contremuerunt et commota sunt, quoniam ægrè erat ei. 9 Ascendit fumus in ira ejus, et ignis coram eo consumpsit ; carbones succensi sunt ab eo. 10 Et inclinavit cœlos, et descendit ; caligo sub pedibus ejus. 11 Et equitavit super Cherub, et volavit ; volitavitque super pennas venti. 12 Posuit tenebras latibulum suum *in* circuitibus ejus ; tabernaculum ejus tenebrositas aquarum cum nubibus cœlorum. 13 Præ fulgore coram eo nubes ejus transierunt,

ברד וגחלי אש׃
14 וירעם בשמים יהוה.
ועליון יתן * קלו ברד וגחלי אש׳ ׃
15 וישלח חציו ויפיצם.
וברקים רב † ויהמם׃
16 ויראו אפיקי מים.
ויגלו מוסדות תבל
מגערתך יהוה
מנשמת רוח אפך׃
17 ישלח ממרום יקחני
ימשני ממים רבים׃

* קולו 56. † ויהומם 9.

grando, et carbones ignis. 14 Intonuit in cœlis Jehova, et Altissimus dedit vocem suam. 15 Et misit sagittas suas, et confregit eos; et fulgura jecit, et perdidit eos. 16 Et apparuerunt profunda aquarum, et discooperta sunt fundamenta orbis, propter increpationem tuam, Jehova, propter flatum venti iræ tuæ. 17 Misit de summo, apprehendit me; extraxit me de aquis multis.

a. 14. Hìc in Hebr. præfixa est copula; sed abest ab altero ex. ubi מן שמים. Gr. utrobique ἐξ οὐρανοῦ.

b. 14. ברד וגחלי אש ab altero exemplari et a quatuor M. S. S. absunt; quicum versio Gr. concurrit. Videtur igitur incuria librarii insertum, postquam Gr. versio facta est.

18 יצילני *מאיבי עז
ומשנאי כי אמצו ממני׃
19 יקדמוני ביום אידי
ויהי יהוה למשען לי׃
20 ויוציאני למרחב
יחלצני כי חפץ בי׃
21 יגמלני יהוה כצדקי
†כבר ידי ישיב לי
22 כי שמרתי דרכי יהוה
ולא רשעתי מאלהי׃
23 כי כל משפטיו לנגדי
‡וחקתיו לא אסיר מני׃
24 ואהי תמים עמו
ואשתמר מעוני׃

* מאויבי 14. † כבור 20. ‡ וחקותיו 14.

18 Eruit me ab inimicis meis fortibus, et ab odio haben-
tibus me ; quoniam robustiores erant me. 19 Præve-
nerant me in die contritionis meæ ; et fuit Jehova in
baculum mihi. 20 Et eduxit me in latitudinem ;
eruit me, quoniam complacuit sibi in me. 21 Re-
tribuit mihi Jehova secundum justitiam meam ; secun-
dum puritatem manuum mearum reddidit mihi. 22
Quia custodivi vias Jehovæ, et non defeci à Deo meo.
23 Quoniam judicia omnia ejus coram me, et ſtatuta
ejus non submovi à me. 24 Et fui perfectus cum eo,
et servavi me ab iniquitate mea.

25 וישב יהוה לי כצדקי
*כבר ידי לנגד עיניו׃
26 עם חסיד תתחסד
†עם גבר תמים תתמם׃
27 עם נבר תתברר
ועם עקש תתפתל׃
28 כי אתה עם עני תושיע
ועינים רמות תשפיל׃
29 כי אתה תאיר נרי יהוה
אלהי יגיה חשכי׃
30 כי בך ‡ארץ גדוד׳
ובאלהי אדלג שור׃

* כבור 18. † ועם 17. ‡ ארוץ 52.

25 Et reddidit Jehova mihi secundum justitiam me-
am; secundum puritatem manuum mearum coram
oculis suis. 26 Cum pio pium te præstas; cum vi-
ro perfecto perfectum te præstas. 27 Cum purgato
purum te præbes, et cum perverso distortum te præbes.
28 Quoniam tu populum pauperem salvum facies, et
oculos excelsos humiliabis. 29 Quoniam tu illumi-
nas lucernam meam, Jehova; Deus meus illuminat
tenebras meas. 30 Quoniam in te curro *per* agmen,
et in Deo meo transiliam murum.

c. 30. Gr. hìc verterunt, ῥυσθήσομαι ἀπὸ πειρατηρίου; ut aliàs plus semel, qua voce videntur exprimere

31 האל תמים דרכו
אמרת יהוה צרופה
מגן הוא לכל החוסים בו :
32 כי מי אלוה מבלעדי יהוה
ומי צור זולתי אלהינו :
33 האל המאזרני חיל
ויתן תמים דרכי :
34 משוה רגלי כאילות
ועל במותי יעמידני :
35 מלמד ידי למלחמה
ונחתה קשת נחושה *זרועתי :

* זרועותי 15.

31 Et Deus, perfecta *est* via ejus ; eloquium JEHOVÆ purgatum ; clypeus est omnibus sperantibus in eo. 32
Quoniam quis Deus præter JEHOVAM ? Et quis *est* rupes præter Deum nostrum ? 33 Deus ille est, qui accingit me fortitudine, et ponit perfectam viam meam ;
34 Ponens pedes meos, sicut cervarum ; et super excelsa stare fecit me ; 35 Qui docet manus meas ad bellum, et conteritur arcus æreus brachiis meis.

voluisse *piratarum* seu latronum globum ; in altero autem ex. eadem verba reddiderunt δραμοῦμαι μονόζωνος ; quomodo plerumque reddunt גדוד. Sensus hujus periodi videtur esse, *perfregi hostium acies, expugnavi urbes.*

d. 34. Gr. ἐπὶ τὰ ὑψηλά. Et in altero ex. ἐπὶ τὰ ὕψη, quo patet, illis י finale in hac voce visum esse paragogicum ; et, ut mihi qui-

36 ותתן לי מגן ישעך ·
וימינך תסעדני׃
וענותך תרבני ׃
37 תרחיב צעדי תחתי
ולא מעדו *קרסלי ׃
38 ארדוף אויבי ואשיגם
ולא אשוב עד כלותם ׃
39 אמחצם ולא †יכלו קום
יפלו תחת רגלי ׃
40 ותאזרני חיל למלחמה
תכריע קמי תחתי ׃

* קרסולי 24. † יוכלו 21.

36 Et dedisti mihi scutum salutis tuæ, et dextera tua fulcivit me ; et mansuetudo tua multiplicavit me.
37 Et dilatasti gressum meum subter me, et non declinarunt tali mei.
38 Persequutus sum inimicos meos, et comprehendi eos ; nec reversus sum, donec consumpsi eos.
39 Transfixi eos, nec potuerunt surgere ; ceciderunt subter pedes meos.
40 Et accinxisti me fortitudine ad bellum, et incurvasti insurgentes in me subter me.

dem videtur, rectè. Vid. Deut. xxxii. 13. Es. xxxviii. 21. Tota hæc periodus habetur Hab. iii. 9. et ferè iisdem verbis. Plerique interp. hæc de fuga accipiunt, cum arbitrentur Davidem de *suis* ipsius excelsis loqui ; ego verò hæc opinor non de fugiente, sed de hostes insequente et superante dici.

e. 36. Hic versic. in altero ex. deest.

41 * ואיבי †נתתה לי ערף
ומשנאי אצמיתם׃
42 ישועו ואין מושיע
‡על יהוה ולא ענם׃
43 ואשחקם כעפר על פני רוח
כטיט חוצות §אריקם ∫׃
44 תפלטני מריבי עם
תשימני לראש גוים
עם לא ידעתי ‖יעבדוני׃
45 לשמע אזן ישמעו לי
בני נכר יכחשו לי׃

§ ואויבי 14. † נתת 7. ‡ אל 1. § אריקם 21.
‖ יעבדני 22.

41 Inimicorum meorum dedisti mihi cervicem; et odio habentes me succidi eos. 42 Clamabant, et non erat servator; ad JEHOVAM, et non respondebat ipsis. 43 Et contudi eos, ut pulverem coram vento; sicut lutum platearum attenuavi eos. 44 Eruisti me à contentionibus populi, et posuisti me in caput gentium; populus, *quem* non cognovi, servivit mihi. 45 Ad auditum auris obtemperaverunt mihi; filii extranei mentiti sunt mihi.

f. 43. Hìc reposui ex altero ex. ארקם pro אריקם, quod huic loco parùm convenit. Gr. utrobique idem legerunt, hìc enim verterunt λεπτυνῶ, ibi verò ἐλέπτυνα.

46 בני נכר יבלו
ויחרגו ממסגרותיהם :
47 חי יהוה וברוך צורי
וירום *אלוהי ישעי :
48 האל הנותן נקמות לי
וידבר עמים תחתי :
49 מפלטי †מאיבי
אף מן קמי תרוממני
מאיש חמס תצילני :
50 על כן אודך בגוים יהוה
ולשמך אזמרה :
51 ‡מגדל §ישועות מלכו
‖ועשה חסד למשיחו
לדוד ולזרעו עד עולם :

* אלהי 60. † מאיבי 13. ‡ מגדיל 35. § ישועת 14.
‖ ועושה 7.

46 Filii extranei defluxerunt; et contremuerunt è clausuris suis. 47 Vivit JEHOVA, et benedicta rupes mea; et exaltetur Deus salutis meæ. 48 Deus *est, qui* dat ultiones mihi, et adduxit populos sub me. 49 Liberator meus ab inimicis meis; etiam ab insurgentibus in me exaltasti me; à viro violentiæ eruisti me. 50 Propterea laudabo te, JEHOVA, in gentibus, et nomini tuo psallam; 51 Magnificans salutes regis sui, faciens misericordiam uncto suo, Davidi, et semini ejus usque in seculum.

1 °למנצח מזמור לדוד׃

---

2 השמים מספרים כבוד אל
ומעשה ידיו מגיד הרקיע׃
3 יום ליום יביע *אמר
ולילה ללילה יחוה דעת׃
4 אין †אמר ואין דברים
בלי נשמע קולם
5 בכל הארץ יצא ‡קום°
ובקצה תבל מליהם
לשמש שם אהל בהם׃

* אומר 29. † אומר 17. ‡ קוום 11.

1 Præcentori psalmus Davidis. 2 Cœli enarrant
gloriam Dei ; et opus manuum ejus annuntiat firma-
mentum. 3 Dies diei scaturiens effundit sermonem ;
et nox nocti indicat scientiam. 4 Non *est* sermo,
nec *est* verbum, non audiatur vox eorum ; 5 In
omnem terram exivit sonus eorum ; et in extremum
orbis eloquia eorum. Soli posuit tabernaculum in
ipsis ;

a. 5. Gr. ὁ φθόγγος αὐτῶν ; Vulg. Lat. sonus eorum. Unde quidam putarunt legendum קולם, minus rectè, cum קולם præcesserit. Aquila, ὁ κανων, malè opinor, cum מליהם in v. s. ostendat non hìc *amussim* seu *lineam*, sed *sonum* intelligi. Adi interp. et Pocockii notas misc. ad Portam Mosis. c. 5. φθόγγος in Gr. V. est ἅπαξ λεγόμενον, unde nullum ex collatione locorum apud illos subsidium.

6 והוא כחתן * יצא מחפתו
ישיש כגבור לרוץ † ארחו
7 מקצה השמים מוצאו
ותקופתו על ‡ קצותם
ואין נסתר מחמתו :
8 תורת יהוה תמימה משיבת נפש
עדות יהוה נאמנה מחכימת פתי :
9 פקודי יהוה ישרים משמחי לב
מצות יהוה ברה מאירת עינים :
10 יראת יהוה טהורה עומדת לעד
משפטי יהוה אמת צדקו יחדו :

* יוצא 22. † אורח 16. ‡ קצתם 11.

6 Et ipse, tanquam sponsus egrediens de thalamo suo,
gaudet, ut potens, ad currendum viam *suam*. 7 Ab
extremo cœlorum egressio ejus, et revolutio ejus usque
ad extrema eorum; et non *est*, *quod* occultetur à calore
ejus. 8 Lex Jehovæ perfecta, convertens animam;
testimonium Jehovæ fidele, sapientem efficiens parvulum.
9 Præcepta Jehovæ recta, lætificantia cor;
præceptum Jehovæ purum, illuminans oculos. 10 Timor
Jehovæ mundus, permanens in seculum; judicia
Jehovæ veritas, et justitia pariter.

b. 6. Legerunt Gr. ארחו; verterunt enim ὁδὸν ἀυτῦ; et sic numeri longè venustiores.

c. 10. Hebr. צדקו, aperto, ut videtur, errore pro וצדק. Mira certè loquutio, *præcepta Dei veritas, jus-*

11 הנחמדים מזהב ומפז רב
ומתוקים מדבש * ונפת צופים :
12 גם עבדך נזהר בהם
בשמרם עקב רב :
13 שגיאות מי יבין
מנסתרות נקני :
14 גם † מזדים[d] ‡ חשך עבדך
אל ימשלו בי
אז § איתם[e] ונקיתי מפשע רב :

* ונופת 28. † מזידים 53. ‡ חשוך 8. § אתם 5.

11 Desiderabilia præ auro et præ obryzo multo; et
dulciora melle et stillatione favorum. 12 Servus
tuus illustratur in eis; etiam in custodiendo ea merces
multa *est*. 13 Errores suos quis intelligat? Ab oc-
cultis munda me. 14 Etiam à superbis prohibe ser-
vum tuum, ne dominentur in me; tunc perfectus ero,
et mundus ero à prævaricatione magna.

ta sunt, vel justificantur *simul*. Illa verò altera, אמת וצדק in S. S. perquam familiaris est.

d. 14. Gr. legerunt מזרים ἀπὸ ἀλλοτρίων, malè. זדים semper aliàs de personis dicitur; et huic interpretationi favet ימשלו in v. s. sed interpretes ferè omnes intelligunt non de hominibus superbis, sed de delictis superbis, id est, superbè et elata manu perpetratis; quæ quidem sententia loco meliùs convenit. Si de hominibus intelligatur, orat psaltes, ut a consortio et contagio eorum liberetur et subtrahatur.

e. 14. אי תם. Sic versus legendum docet; et sic Gr. ἄμωμος ἔσομαι. In explicando Heb. איתם frustra laborant interpretes, cum apertè mendosum sit.

15 יהיו לרצון אמרי פי
והגיון לבי לפניך
יהוה צורי וגואלי :

15 Sint ad placitum eloquia oris mei, et meditatio cordis mei coram te, Jehova, petra mea, et redemptor mi.

PSALM. XX. כ

1 למנצח מזמור לדוד :

---

2 יענך יהוה ביום צרה
ישגבך שם אלהי יעקב :
3 ישלח עזרך מקדש
ומציון יסעדך :
4 *יזכר כל מנחתיך
ועולתך ידשנה סלה :
5 יתן לך כלבבך
וכל עצתך ימלא :

* יזכור 15. † מנחותיך 18.

1 Præcentori psalmus Davidis. 2 Exaudiat te Jehova in die angustiæ; te protegat nomen Dei Jacob. 3 Mittat auxilium tuum de sancto; et de Sione fulciat te. 4 Recordetur omnium sacrificiorum tuorum; et holocaustum tuum incineret. Selah. 5 Det tibi secundum cor tuum; et omne consilium tuum impleat.

6 נרננה בישועתך
ובשם אלהינו *נדגל [a]
ימלא יהוה כל משאלותיך׃
7 עתה ידעתי
כי הושיע יהוה משיחו
יענהו משמי קדשו
†בגבורות ישע ימינו׃
8 אלה ברכב ואלה בסוסים
ואנחנו בשם יהוה אלהינו נזכיר [b]׃
9 המה כרעו ונפלו
ואנחנו קמנו ונתעודד׃

* נדגול 21. † בגבורת 19.

6 Exultabimus in salute tua, et in nomine Dei nostri vexillum elevabimus; impleat JEHOVA omnes petitiones tuas. 7 Nunc novi, quòd servavit JEHOVA unctum suum; exaudivit illum de cœlis sanctitatis suæ in fortitudinibus salutis dexteræ ejus. 8 Hi in curru, et hi in equis *fidunt;* at nos nomen JEHOVÆ, Dei nostri, memorabimus. 9 Hi incurvati sunt, et ceciderunt; at nos surreximus, et ereximus nos.

a. 6. Gr. legerunt נגדל. Verterunt enim, μεγαλυνθησόμεθα. Vulg. Lat. magnificabimur.

b. 8. Gr. hic etiam μεγαλυνθησόμεθα, quasi hic quoque legissent נגדל; vel, quod ad נזכיר propiùs accedit, נגביר. Vid. Psal. xii. 7.

10 יהוה הושיעה המלך
יעננו ביום קראנו׃

10 JEHOVA, serva regem, *et* exaudi nos in die, *quâ* invocaverimus nos.

PSALM. XXI. כא

1 למנצח מזמור לדוד׃

2 יהוה בעזך ישמח מלך
ובישועתך מה *יגיל מאד׃
3 תאות לבו נתתה לו
וארשת שפתיו בל מנעת סלה׃
4 כי תקדמנו ברכות טוב
תשית לראשו עטרת פז׃

* יגל 62.

1 Præcentori psalmus Davidis. 2 JEHOVA, in fortitudine tua lætatur rex, et in salute tua exultat vehementissimè. 3 Desiderium cordis ejus dedisti ei; et prolationem labiorum ejus non prohibuisti. Selah. 4 Quoniam prævenisti eum benedictionibus boni; imposuisti capiti ejus coronam auream.

c. 10. Et metrum et sensus ostendunt errore librarii ו in י hìc, quod et alibi plus semel factum, migrasse. Rectè Gr. καὶ ἐπάκουσον.

a. 4. Cum duo ב concurrerent, prius, ut solet, excidit. Gr. ἐν εὐλογίαις.

5 חיים שאל ממך נתתה לו
ארך ימים עולם ועד :
6 גדול כבודו בישועתך
הוד והדר תשוה עליו :
7 כי תשיתהו ברכות לעד
תחדהו בשמחה את פניך :
8 כי המלך *בטח ביהוה
ובחסד עליון בל ימוט :
9 תמצא ידך לכל איביך
ימינך תמצא שנאיך :
10 תשיתמו כתנור אש
לעת פניך יהוה
באפו יבלעם ותאכלם אש :
11 פריכו מארץ תאבד

* בוטח 11.

5 Vitam petiit à te; dedisti ei longitudinem dierum in
seculum et seculum. 6 Magna *est* gloria ejus in salute tua;
gloriam et decus posuisti super eum. 7 Quoniam
posuisti eum benedictiones in seculum; lætificasti eum
lætitia coram te. 8 Quoniam rex sperat in JEHOVA, et
in misericordia Altissimi non commovebitur. 9 In-
veniet manus tua omnes inimicos tuos; dextera tua in-
veniet odio habentes te. 10 Pones eos, ut clibanum
ignis, in tempore iræ tuæ; JEHOVA in furore suo dis-
perdet eos, et consumet eos ignis. 11 Fructum eo-
rum e terra perdes,

זרעם מבני אדם׃
12 כי נטו עליך רעה
חשבו מזמה בל יוכלו׃
13 כי תשיתמו שכם
במיתריך תכונן על פניהם׃
14 רומה יהוה בעזך
נשירה ונזמרה גבורתך׃

et semen eorum a filiis hominum. 12 Quoniam in-
clinaverunt in te malum ; cogitaverunt cogitationem,
quam non poterunt *perficere*. 13 Quoniam pones eos
humerum, in funibus tuis præparabis *sagittas* contra fa-
ciem eorum. 14 Exaltare, JEHOVA, in fortitudine
tua ; cantabimus et psallemus fortitudinem tuam.

PSALM. XXII. כב

1 למנצח על אילת השחר מזמור לדוד׃

---

2 אלי אלי למה עזבתני
רחוק *מישועתי [a] דברי שאגתי׃

* משועתי ך.

1 Præcentori super cervam matutinam, psalmus Da-
vidis. 2 Deus mi, Deus mi, quare dereliquisti me,
longinquus a salute mea, *et à* verbis rugitus mei ?

a. 2. Hebr. מישועתי. Sed verba sequentia, ni fallor, clarè probant istam lectionem mendosam esse ;

3 אלהי אקרא יומם ולא תענה
ולילה ולא דומיה לי׃
4 ואתה קדוש יושב
תהלות ישראל׃
5 בך בטחו *אבתינו
בטחו ותפלטמו׃
6 אליך זעקו ונמלטו
בך בטחו ולא †בושו׃
7 ואנכי תולעת ולא איש
חרפת אדם ובזוי עם׃
8 כל ‡ראי §ילעיגו לי
יפטירו בשפה יניעו ראש׃

* אבותינו 33. † בשו 46. ‡ רואי 11. § ילעגו 24.

3 Deus mi, clamo interdiu, et non exaudis; et nocte,
et non *est* silentium mihi. 4 Et tu sanctus, habitans
inter laudes Israelis. 5 In te speraverunt patres nostri;
speraverunt, et eruisti eos. 6 Ad te clamaverunt,
et liberati sunt; in te speraverunt, et non fuerunt pudo-
re affecti. 7 At ego *sum*, *ut* vermis, et non vir; op-
probrium hominum, et contemtus populi. 8 Omnes
videntes me subsannant me; diduxerunt, movent caput.

clamor et *verba rugitus* optimè conveniunt; idem nempe, pro poeseos Hebr. consuetudine, bis dicitur; inter *salutem* verò et *rugitum* nexus planè nullus est. Vide similem huic errorem, Psal. lxxxviii. p. 2. Vid. Thr. iii. 56.

9 גל אל יהוה יפלטהו
יצילהו כי חפץ בו :
10 כי אתה *גחי מבטן
מבטיחי על שדי אמי :
11 עליך השלכתי מרחם
מבטן אמי אלי אתה :
12 אל תרחק ממני כי צרה
קרובה כי אין עוזר :
13 סבבוני פרים רבים
אבירי בשן כתרוני :
14 פצו עלי פיהם
[b]כ †אריה ‡טרף §ושאג :

* גֹחִי 39. † באריה 1. ‡ טורף 23. § ושואג 20.

9 Speravit in JEHOVA, eruat eum; et eripiat eum; quoniam delectatur eo. 10 Quoniam tu *es* eductor meus ab utero, confidere faciens me super ubera matris meæ. 11 Super te projectus sum à vulva; de ventre matris meæ Deus meus *es* tu. 12 Ne elonges te à me; quoniam angustia *est* propinqua, quia non *est* auxiliator. 13 Circumdederunt me vituli multi; validi Basanis cinxerunt me. 14 Aperuerunt super meos suum, ut leo rapiens et rugiens.

b. 14. כ Addi postulat constructio pariter ac versus; et sic Gr. ὡς λέων. Vid. Ps. lxxxiii. p. 15. ubi prior distichi versus videtur, ut hìc, claudi hac particula.

15 כמים נשפכתי
והתפרדו כל עצמותי
היה לבי כדונג
נמס בתוך מעי׃
16 יבש כחרש כחי
ולשוני מדבק מלקוחי
ולעפר מות תשפתני׃
17 כי סבבוני כלבים
עדה מרעים הקיפוני
*כארי ידי ורגלי׃

* כארו 5. et, edit. כרו 2. et, marg. 3.

15 Sicut aqua, effusus sum, et separata sunt omnia ossa mea; factum est cor meum, sicut cera, liquescens in medio viscerum meorum. 16 Aruit, tanquam testa, fortitudo mea, et lingua mea jungitur faucibus meis, et in pulverem mortis posuisti me. 17 Quoniam circumdederunt me canes, cœtus malignantium obsedit me; foderunt manus meas et pedes meos.

c. 17. Magnas de hac voce lites movent Judæi; sed frustra, cum et manifestus loci sensus et antiquissima Gr. versio ostendant כארו solam veram esse lectionem; et eorum etiam magistri fatentur in nonnullis MSS. ita legi; excepto quod א inseratur post כ; quod nullius momenti est ad vim verbi tollendam. Adi, sis, interpretes, et præ aliis S. Bochartum Hieroz. p. 1. l. 3. c. 6. *Foderunt* autem est *vulnerarunt*, *gladiis* nempe, ut liquet ex p. 21. Hic pri-

18 אספר כל עצמותי
המה יביטו *יראו בי׃
19 יחלקו בגדי להם
ועל לבושי יפילו גורל׃
20 ואתה יהוה אל תרחק
אילותי לעזרתי חושה׃
21 הצילה מחרב נפשי
מיד כלב יחידתי׃
22 הושיעני מפי אריה
ומקרני *רמים עניתני׃

* ראמים 32.

18 Dinumeravero omnia ossa mea; ipsi aspiciunt, et
intuentur me. 19 Diviserunt vestimenta mea sibi
ipsis, et super vestem meam projecerunt fortem. 20
Et tu, JEHOVA, ne elonges te; fortitudo mea, ad auxil-
ium meum festina. 21 Erue à gladio animam meam,
è manu canis solitariam meam. 22 Serva me ab
ore leonis; et à cornibus unicornium exaudi me.

mus et ad literam est loci hujus sensus. Vulg. Lat. versio Syr. et Arab. idem etiam ostendunt.

d. 18. ו gemino concurrente, posterius excidit hìc, ut sæpe aliás; Gr. καὶ ἐπεῖδον. ראה verò, constructum cum ב, non est simpliciter *videre*, sed cum quadam animi exultatione propter pœnas de improbis sumptas.

e. 22. Hìc *præteritum* mihi liquidò videtur non modò ex sententiæ ipsius nexu, sed ex tota orationis serie, *imperativi* vim habe-

23 אספרה שמך לאחי
בתוך קהל אהללך׃
24 יראי יהוה הללוהו כל זרע יעקב
כבדוהו וגורו ממנו כל זרע ישראל׃
25 כי לא בזה ולא שקץ ענות עני
ולא הסתיר פניו ממנו ובשועו אליו שמע׃
26 מאתך תהלתי בקהל רב
נדרי אשלם נגד יראיו׃
27 יאכלו ענוים וישבעו
יהללו יהוה *דרשיו יחי לבבכם לעד׃

* דורשיו 15.

23 Narrabo nomen tuum fratribus meis; in medio con-
gregationis laudabo te. 24 Timentes JEHOVAM lau-
date eum; universum semen Jacob, glorificate eum;
et timete eum, omne semen Israelis; 25 Quia non
sprevit, nec abominatus est humilitatem pauperis; ne-
que abscondit faciem suam ab eo; et, dum clamaret
ad eum, audivit. 26 A te laus mea in congregatio-
ne multa; vota mea reddam coram timentibus eum.
27 Edent pauperes, et saturabuntur; laudabunt JEHO-
VAM quærentes eum; vivet cor vestrum in seculum.

re, ut alibi *imperativus præteriti.* Ut ad Psal. viii. 3. Vid. Psal. xxv. p. 11. Bochartus Hier. p. 1. l. iii. c. 27. eodem sensu vertit, et *exaudies me.* Et Bootius apud eundem, p. 959. *exaudi me*, id est, *exaudiens erue me.*

f. 24. Vix possum a me.

28 יזכרו *וישבו אל יהוה כל אפסי ארץ
וישתחוו לפניך כל משפחות גוים :
29 כי ליהוה המלוכה †מושל בגוים :
30 ‡אכלו וישתחוו כל דשני ארץ
לפניו יכרעו כל יורדי עפר
31 ונפשו לא חיה : זרע יעבדנו
32 יספר §לאדני לדור : יבאו [b]

* וישובו 33. † ומשל 142. ‡ יאכלו 1. § ליהוה 34.

28 Reminiscentur et convertentur ad Jehovam omnes fines terræ; et adorabunt coram te universæ familiæ gentium; 29 Quoniam Jehovæ *est* regnum, et ille dominatur gentibus. 30 Comedent, et adorabunt omnes pingues terræ; coram eo inclinabunt se omnes descendentes *in* pulverem, et nemo animam suam vivificavit. 31 Semen *meum* serviet ei; narrabitur Domino in generationem venturam;

impetrare, ut non putem novum psalmum ab his verbis inchoari, cum quæ sequuntur, mea quidem opinione, alio plane stylo, et de alio argumento scripta videantur.

g. 30. Qui conferet hæc cum p. 27. manifestò videbit non legendum אכלו. Utriusque periodi sensus hic esse videtur, omnes homines, cum pauperes, tum divites, Deum debito cultu prosequentur, cum viderint quanta ille miracula mea causa ediderit, ut me ex tot tantisque periculis eriperet. Comedent pauperes, Deo illis affatim suppeditante, unde alantur; divites etiam Dei se donis ali agnoscent, et adorabunt.

h. 32. יבאו. Id est, *Venie-*

ויגידו צדקתו לעם נולד כי ⁱעשה׃

32 Et annuntiabunt justitiam ejus populo genito, quam fecit.

PSALM. XXIII. כג

מזמור לדוד׃

1 יהוה *רעי לא אחסר׃
2 בנאות דשא ירביצני
על מי †מנוחת ינהלני׃
3 נפשי ישובב ינחני ª
במעגלי צדק למען שמו׃

* רועי 19. † מנוחות 53.

Psalmus Davidis. 1 Jehova *est* pastor meus; non deficiam. 2 In tuguriis germinis accubare facit me; ad aquas requietum deducit me. 3 Animam meam reducet per semitas justitiæ; propter nomen suum ducet me.

τῇ ἐρχομένῃ; et sic Gr. nisi quod recto casu intellexerint; sic Psal. lxxi. p. 18. ubi Gr. πάσῃ τῇ γενεᾷ τῇ ἐρχομένῃ.

i. 32. כי hìc idem est, ac *quam*, sc. *justitiam*; quæ in versu priore memoratur. Vid. Psal. xxxix. p. 10. et lii. 11. Cum postrema psalmi hujus tot locis mendosa sint, nihil mirum est, si maximam interpretibus molestiam crearint, quibus id unum agitur, ut e recepta lectione sensum qualem qualem eliciant.

a. 3. ינחני. Hoc verbum et metri et sententiæ gratia ad finem periodi

4 גם כי אלך בגיא צלמות
לא אירא רע כי אתה עמדי
שבטך ומשענתך המה * ינחמני :
5 † תערך לפני שלחן נגד ‡ צררי
דשנת בשמן ראשי כוסי רויה :
6 אך טוב וחסד ירדפוני כל ימי חיי
ושבתי בבית יהוה לארך ימים :

* ינחמוני 48. † תערוך 14. ‡ צוררי 41.

4 Etiamsi ambulavero per vallem umbræ mortis, non timebo malum, quoniam tu mecum es; virga tua, et baculus tuus, ipsa consolantur me. 5 Præparas coram me mensam è regione hostium meorum; impinguasti oleo caput meum, calix meus est exuberans.
6 Etiam bonum et misericordia prosequentur me omnibus diebus vitæ meæ; et habitabo in domo Jehovæ in longitudinem dierum.

transferri debet; cum præruptum nimis videatur ישובב, si τὸ ינחני immediatè excipiat; versus verò erunt prorsus invenusti..

b. 6. ושבתי. Nihil hac lectione certius, et versu et sententia eò ducentibus; omnes veteres interpretes שבתי sensu *habitandi* intellexerunt, adeoque a ישב deductum putarunt; recentiores plerique a שוב deducunt; atque omnes receptam lectionem, si unum aut alterum excipias, sedulò tuentur, de mendo nihil suspicantes; quod tamen statim se in oculos ingerit homini, cui metrices Hebr. vel levis aliqua cognitio est.

לדוד מזמור :

1 ליהוה הארץ ומלואה
תבל *וישבי בה :
2 כי הוא על ימים יסדה
ועל נהרות יכוננה :
3 מי יעלה בהר יהוה
ומי יקום במקום קדשו :
4 נקי כפים ובר לבב
אשר לא נשא לשוא נפשו
ולא נשבע למרמה :
5 ישא ברכה מאת יהוה
וצדקה מאלהי ישעו :
6 זה דור †דרשו

* ויושבי 30. † דורשיו 8.

Davidis psalmus. 1 Jehovæ *est* terra et plenitudo ejus; orbis et habitantes in eo. 2 Quia ipse super maria fundavit eam; et super flumina firmavit eam. 3 Quis ascendet in montem Jehovæ, et quis ſtabit in loco sanctitatis ejus? 4 Mundus manibus, et purus corde; qui non sustulit ad vanitatem animam suam, nec jurat in dolum. 5 Accipiet benedictionem à Jehova, et juſtitiam a Deo salutis suæ. 6 Hæc *est* generatio quærentium eum;

מבקשי פניך* *יעקב סלה׃
7 שאו שערים ראשיכם
והנשאו פתחי עולם
ויבוא מלך הכבוד׃
8 מי †זה מלך הכבוד
יהוה עזוז וגבור
יהוה גבור מלחמה׃
9 שאו שערים ראשיכם
‡ ושאו ᵇפתחי עולם
§ ויבא מלך הכבוד׃
10 מי הוא זה מלך הכבוד
יהוה צבאות הוא מלך הכבוד סלה׃

* אלהי 2. † הוא זה 10. ‡ והנשאו 5. § ויבוא 15.

quærentium faciem tuam, ô *Deus* Jacob. Selah.
7 Elevate, ô portæ, capita vestra; et elevamini, portæ seculi; et introibit Rex gloriæ. 8 Quis *est* iste Rex gloriæ? JEHOVA, fortis et potens; JEHOVA, potens *in* prælio. 9 Elevate, ô portæ, capita vestra; et elevamini, portæ seculi; et introibit Rex gloriæ. 10 Quis est iste Rex gloriæ? JEHOVA exercituum; Ipse *est* Rex gloriæ. Selah.

a. 6. Gr. τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ. Quasi legissent פנה אל יעקב. Vulg. Lat. *faciem Dei Jacob*.

b. 9. In periodo septima, cujus hæc est nuda repetitio, est והנשאו, ideoque eandem vocem hìc reponendam nemo dubitaverit. Gr. utrobique ἐπάρθητε, quod indicio est eos utroque in loco eodem modo legisse.

Psalmorum Alphabeticorum Primus.

לדוד

1 אליך יהוה
2 נפשי אשא : אלהי
בך בטחתי אל אבושה
אל יעלצו אויבי לי :
3 גם כל קויך לא *יבשו
†יבשו הבוגדים ריקם :

* יבושו 20. † יבושו 13.

Davidis. 1 Ad te, Jehova, animam meam levo ;
Deus meus *es tu*. 2 In te spero, ne pudefiam ; ne
exultent inimici mei de me. 3 Etiam omnes, *qui*
expectant te, non afficiantur pudore ; pudore afficiantur
prævaricantes sine causa.

a. 2. Alphabeticus dicitur hic psalmus, quod singulæ ejus periodi a literis juxta alphabeti Hebraici ordinem positis incipiant. Tres tamen literæ in eo desunt, ut nunc se habet, ב, ו, ק. Quod certissimum est argumentum, quàm negligentes olim ante masoretarum tempora in sacris libris conservandis Judæi fuerint. Nihil enim facilius fuit, quàm hujus generis psalmos a mendo integros præstare, saltem quod ad singularum periodorum initia attinet, cum ex ipso ordine alphabeti error in illis statim conferenti deprehenderetur ; et tamen in his sæpe erratur. En exemplum in ipso hujus psalmi limine, cujus prima periodus in Hebr. finitur in voce אשא ; adeoque secunda incipit ab א pro ב, et prima interea uno tantùm versiculo constat ; excidit nempe post אלהי

4 דרכיך יהוה הודיעני
ארחותיך למדני :
5 הדריכני באמתך ולמדני
כי אתה אלהי ישעי

. . . .

*אותך קויתי כל היום :
6 †זכר רחמיך יהוה וחסדיך
כי מעולם המה :
7 חטאות נעורי ופשעי אל ‡ תזכר
כחסדך § זכר לי אתה למען טובך יהוה :
8 טוב וישר יהוה
על כן יורה חטאים בדרך :

* אתך 34. † וזכר 14. ‡ תזכור 31. § וכו׳ 18.

4 Vias tuas, JEHOVA, scire fac me; semitas tuas doce me. 5 Ambulare fac me in veritate tua; quia tu es Deus salutis meæ; et doce me *propter bonitatem tuam, Jehova;* te expectavi omni die. 6 Reminiscere miserationum tuarum, JEHOVA, et misericordiarum tuarum; quia a seculo sunt. 7 Peccatorum adolescentiæ meæ et prævaricationum mearum ne memineris; secundum misericordiam tuam memento mei tu. 8 Bonus et rectus JEHOVA; ideo docebit peccatores in via.

אתה, quod primam periodum clausit; atque ita omnia hic recte procedent. Vid. Ps. xxii. p. 11. xxxi. 15. lxiii. 2. cxl. 7.

a. 5. Cum primus hujus

9 ידרך ענוים במשפט
וילמד ענוים דרכו׃
10 כל ארחות יהוה חסד ואמת
* לנצרי בריתו † ועדתיו׃
11 למען שמך יהוה ׳
וסלחת לעוני כי רב הוא׃
12 מי זה האיש ירא יהוה
יורנו בדרך יבחר׃
13 נפשו בטוב תלין
וזרעו יירש ארץ׃

* לנצרי 14. † ועדותיו 26.

9 Diriget mansuetos in judicio, et docebit humiles viam suam. 10 Omnes semitæ Jehovæ misericordia et veritas custodientibus pactum ejus et testimonia ejus. 11 Propter nomen tuum, ʹJehova, *audi vocem meam*, et parce iniquitati meæ; quoniam multa est. 12 Quis est vir timens Jehovam? Docebit eum viam, *quam* eligat. 13 Anima ejus in bono pernoctabit, et semen ejus hæreditabit terram.

periodi versus deesset, primus verò proximè præcedentis ac secundus septimæ justo longiores essent; versiculus, qui hìc desideratur, hoc modo conflandum censui; ולמדני auferri potest a vers. primo per. quintæ, et reliqua a vers. ult. per. septimæ.

b. 11. וסלחת planè ostendit aliquid hìc excidisse; nihil verò his verbis commodius occurrit, quod inseratur, quàm שמע קולי. Sic enim et versui et sen-

14 סודי יהוה ליראיו
ובריתו להודיעם׃
15 עיני תמיד אל יהוה
כי הוא יוציא מרשת רגלי׃
16 פנה אלי וחנני
כי יחיד ועני אני׃
17 צרות לבבי * הרחיבו
ממצוקותי הוציאני׃
18 ראה עניי ועמלי

* הרחבו ל.

14 Secretum Jehovæ timentibus eum, et pactum ejus notum illis faciet. 15 Oculi mei semper ad Jehovam; quoniam ipse educet è reti pedes meos. 16 Respice ad me, et miserere mei; quia solitarius et pauper *sum*. 17 Angustiæ cordis mei dilatarunt *se*; ab angustiis meis educ me. 18 *Accede*, vide afflictionem meam et laborem meum.

tentiæ satisfit, numerique hujus periodi præcedentis numeris prorsus similes erunt.

c. 14. סוד. Aquila, *ἀπόρρητον*, *arcanum*. Quem mirum est Intt. tanto consensu sequutos esse, cum Gr. Vett. qui in hac voce vertenda magna verborum varietate usi sunt, nusquam tamen hoc reddiderint. Vera ejus vis videtur esse *consilium propositum*. Altero *arcani* sensu non modò improbi ad incautos fallendos facilè abutuntur, sed et sibi ipsi homines minimè mali sæpissime illudunt.

d. 18. Cum periodus hæc a ק incipere deberet,

ושא לכל חטאותי׃
19 ראה *איבי כי רבו
ושנאת חמס שנאוני׃
20 שמרה נפשי והצילני
אל אבוש כי חסיתי בך׃
21 תם וישר יצרוני
כי קויתיך׃
22 פדה אלהים את ישראל מכל צרותיו׃

* איבי 11.

et parce omnibus peccatis meis. 19 Vide inimicos
meos, quoniam multiplicati sunt, et odio iniquo ode-
runt me. 20 Custodi animam meam, et erue me;
ne confundar, quoniam speravi in te. 21 Perfectio
et rectitudo custodiant me, quoniam expectavi te.
22 Redime, ô Deus, Israëlem ex omnibus angustiis ejus.

manifestum est vocem excidisse; nulla verò vox, ab illa litera incipiens, præter hanc, קרוב, loco huic convenit. Vid. Lev. x. 4. et Jos. x. 24.

℣. 21. Versus indicat aliquid excidisse; quid verò exciderit, liquet ex versione Gr. κύριε, id est אדוני, et ex versione Arab. Ita quidem reddunt etiam יהוה. Sed vox trisyllaba hic desideratur. In hac verò periodo psalmus planè desinit, cum ab ultima alphabeti litera incipiat. Quod igitur sequitur, ab alia manu additum videtur; forsan a summo sacerdote per euphemismum, postquam psalmum hunc in sacris publicis recitari decretum esset ab iis, ad quos sacrorum cura pertinebat; quod et in aliis psalmis factum videtur. Vid. ultima Psal. xxxiv, et cxxx.

14 סודי יהוה ליראיו
ובריתו להודיעם׃
15 עיני תמיד אל יהוה
כי הוא יוציא מרשת רגלי׃
16 פנה אלי וחנני
כי יחיד ועני אני׃
17 צרות לבבי *הרחיבו
ממצוקותי הוציאני׃
18 ^d^ראה עניי ועמלי

* הרחבו ו.

14 Secretum Jehovæ timentibus eum, et pactum ejus notum illis faciet. 15 Oculi mei semper ad Jehovam; quoniam ipse educet è reti pedes meos. 16 Respice ad me, et miserere mei; quia solitarius et pauper *sum*. 17 Angustiæ cordis mei dilatarunt *se*; ab angustiis meis educ me. 18 *Accede*, vide afflictionem meam et laborem meum,

tentiæ satisfit, numerique hujus periodi præcedentis numeris prorsus similes erunt.

c. 14. סוד. Aquila, ἀπόῤῥητον, *arcanum*. Quem mirum est Intt. tanto consensu sequutos esse, cum Gr. Vett. qui in hac voce vertenda magna verborum varietate usi sunt, nusquam tamen ita reddiderint. Vera ejus vis videtur esse *consilium propositum*. Altero *arcani* sensu non modò improbi ad incautos fallendos facilè abutuntur, sed et sibi ipsi homines minimè mali sæpissime illudunt.

d. 18. Cum periodus hæc a ק incipere deberet,

וְשָׂא לְכָל חַטֹּאותָי׃
19 רְאֵה *אֹיְבַי כִּי רַבּוּ
וְשִׂנְאַת חָמָס שְׂנֵאוּנִי׃
20 שָׁמְרָה נַפְשִׁי וְהַצִּילֵנִי
אַל אֵבוֹשׁ כִּי חָסִיתִי בָךְ׃
21 תֹּם וָיֹשֶׁר יִצְּרוּנִי
כִּי קִוִּיתִיךָ׃
22 פְּדֵה אֱלֹהִים אֶת יִשְׂרָאֵל מִכֹּל צָרוֹתָיו׃

* איבי 11.

et parce omnibus peccatis meis. 19 Vide inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, et odio iniquo oderunt me. 20 Custodi animam meam, et erue me; ne confundar, quoniam speravi in te. 21 Perfectio et rectitudo custodiant me, quoniam expectavi te. 22 Redime, ô Deus, Israëlem ex omnibus angustiis ejus.

manifestum est vocem excidisse; nulla verò vox, ab illa litera incipiens, præter hanc, קרוב, loco huic convenit. Vid. Lev. x. 4. et Jos. x. 24.

℣. 21. Versus indicat aliquid excidisse; quid verò exciderit, liquet ex versione Gr. κύριε, id est אדוני, et ex versione Arab. Ita quidem reddunt etiam יהוה. Sed vox trisyllaba hìc desideratur. In hac verò periodo psalmus planè desinit, cum ab ultima alphabeti litera incipiat. Quod igitur sequitur, ab alia manu additum videtur; forsan a summo sacerdote per euphemismum, postquam psalmum hunc in sacris publicis recitari decretum esset ab iis, ad quos sacrorum cura pertinebat; quod et in aliis psalmis factum videtur. Vid. ultima Psal. xxxiv, et cxxx.

לדוד׃

1 שפטני יהוה
כי אני בתמי הלכתי
וביהוה בטחתי לא אמעד׃
2 בחנני יהוה ונסני
צרופה כליותי ולבי׃
3 כי חסדך לנגד עיני
והתהלכתי באמתך׃
4 לא ישבתי עם מתי שוא
ועם נעלמים לא אבוא׃
5 שנאתי קהל מרעים
ועם רשעים לא אשב׃
6 ארחץ בנקין כפי
ואסבבה את מזבחך יהוה׃ *

ר׳ * ואסובבה 56.

Davidis. 1 Judica me, Jehova, quoniam ego in
innocentia mea ambulavi, et in Jehova fisus sum;
non nutabo. 2 Proba me, Jehova, et tenta me;
examina renes meos et cor meum; 3 Quoniam mi-
sericordia tua coram oculis meis *est*, et ambulavi in ve-
ritate tua. 4 Non sedi cum hominibus vanitatis, et
cum ocultantibus *se* non introivi. 5 Odi cœtum ma-
lignantium, et cum impiis non sedeo. 6 Lavi in in-
nocentia manus meas, et circumdedi altare tuum, Je-
hova.

7 * לשמע בקול תודה
ולספר כל נפלאותיך
8 יהוה אהבתי מעון ביתך
ומקום משכן כבודך
9 אל †תאסף עם חטאים נפשי
ועם אנשי דמים חיי
10 אשר בידיהם זמה
וימינם מלאה שחד׃
11 ואני בתמי אלך
פדני וחנני׃
12 רגלי עמדה במישור
במקהלים אברך יהוה׃

* לשמיע 17. † תאסוף 16.

7 Ad faciendum audire vocem laudis, et ad enarrandum omnia mirabilia tua. 8 Jehova, dilexi habitaculum domus tuæ, et locum tabernaculi gloriæ tuæ. 9 Ne perdas cum peccatoribus animam meam, et cum viris sanguinolentis vitam meam; 10 Quorum in manibus scelus *est*, et dextera eorum plena est muneribus. 11 At ego in innocentia mea ambulo; redime me, et miserere mei. 12 Pes meus stetit in rectitudine; in cœtibus benedicam Jehovæ.

לדוד׃

1 יהוה אורי וישעי ממי אירא
יהוה מעוז חיי ממי אפחד׃
2 *בקרב עלי מרעים לאכל את בשרי
צרי ואיבי לי המה כשלו ונפלו׃
3 אם תחנה עלי מחנה לא יירא לבי
אם תקום עלי מלחמה בזאת אני בוטח׃
4 אחת שאלתי מאת יהוה אותה אבקש
שבתי בבית יהוה כל ימי חיי
לחזות † בנעם יהוה ולבקר בהיכלו׃
5 כי יצפנני בסכה ביום רעה
‡יסתירני בסתר אהלו בצור ירוממני׃

* בקרוב 16. † בנועם 60. ‡ יסתרני 29.

Davidis. 1 Jehova lux mea, et salus mea; à quo
timebo? Jehova fortitudo vitæ meæ; à quo pavebo?
2 Quum appropinquarent adversum me maligni ad
edendum carnem meam, hostes mei et inimici mei mihi;
ipsi impegerunt, et ceciderunt. 3 Si castrametetur
adversum me exercitus, non timebit cor meum; si con-
surgat adversum me bellum, in hoc ego securus sum.
4 Unum petii à Jehova, hoc requiram, sedere me in
domo Jehovæ omnibus diebus vitæ meæ; ad videndum
suavitatem Jehovæ, et ad visitandum templum ejus.
5 Quia abscondet me in tabernaculo suo; in die mali
abscondet me in abscondito tabernaculi sui; in petram,
quæ celsior me est, deducet me.

6 ועתה ירום ראשי על איבי סביבותי
ואזבחה באהלו זבחי תרועה
אשירה ואזמרה ליהוה׃
7 שמע יהוה קולי
אקרא וחנני ועני׃
8 לך אמר לבי בקשו פני
את פניך יהוה אבקש׃
9 אל תסתר פניך ממני
אל תט באף עבדך
עזרתי היית אל תטשני
ואל תעזבני אלהי ישעי׃

6 Et nunc exaltabitur caput meum super inimicos meos circumcirca, et sacrificabo in tabernaculo ejus sacrificia laudis; cantabo, et canam JEHOVÆ. 7 Audi, JEHOVA, vocem meam, *quâ* clamo; et miserere mei, et exaudi me. 8 Tibi dixit *Deus*, cor meum, quære faciem meam; faciem tuam, JEHOVA, quæram. 9 Ne abscondas faciem tuam à me, neque declinare sinas in ira servum tuum. Auxilium meum fuisti, ne derelinquas me; et ne deseras me, Deus salutis meæ.

a. 8. Hic locus mirè torsit interpretes; sed, si אלהים inseras, omnia plena fient. *Tibi, o anima mea, dixit Deus, quære faciem meam. Ego verò, quod mandasti, lubens faciam; faciem tuam, JEHOVA, quæram.* Sed, ut hic sensus eliciatur, pro בקשו plurali legendum בקשי.

b. 9. אל תט, *ne* prosternas *in ira tua servum tuum.* Alii, ne *abjicias, rejicias,*

10 כי אבי ואמי עזבוני
ויהוה יאספני :
11 הורני יהוה דרכך ונחני
בארח מישור למען *שוררי :
12 אל תתנני בנפש צרי
כי קמו בי עדי שקר
13 ויפח חמס : לולא
האמנתי לראות בטוב
יהוה בארץ †חיים :
14 קוה אל יהוה
חזק ויאמץ לבך
וקוה אל יהוה :

* שוררי 77. † וחיים 26.

10 Si pater meus et mater mea dereliquerunt me; at
JEHOVA excipiet me. 11 Doce me, JEHOVA, viam
tuam, et duc me in semita recta propter hostes meos.
12 Ne tradas me in concupiscentiam hostium meorum;
quoniam surrexerunt in me testes mendaces, et loquentes iniquitatem. 13 *Defecissem*, nisi credidissem me visurum bonitatem JEHOVÆ in terra viventium. 14 Expecta JEHOVAM, corrobora te, et roborabit cor tuum;
et expecta JEHOVAM.

submoveas. Gr. μὴ ἐκκλίνῃς. est, ne declinare sinas, vel
Et sic Psal. cxli. p. 4. id faciæs.

לדוד׃

1 אליך יהוה אקרא צורי אל תחרש ממני
פן תחשה ממני ונמשלתי עם יורדי בור׃
2 שמע קול תחנוני בשועי אליך
בנשאי ידי אל דביר קדשך׃
3 אל תמשכני עם רשעים ועם פעלי און
דברי שלום עם רעיהם ורעה בלבבם׃
4 תן להם כפעלם וכרע מעלליהם
כמעשה ידיהם תן להם השב גמולם להם׃
5 כי לא יבינו אל *פעלת יהוה
ואל מעשה ידיו יהרסם ולא יבנם׃
6 ברוך יהוה כי שמע קול תחנוני׃

* פעלות 19.

Davidis. 1 Ad te, Jehova, clamo, petra mea, ne taceas; ne fortè sileas à me, et assimiler cum descendentibus in foveam. 2 Audi vocem deprecationum mearum, quum clamo ad te; quum elevo manus meas ad adytum fanctitatis tuæ. 3 Ne trahas me cum impiis, et cum operantibus iniquitatem, loquentibus pacem cum proximis fuis, et malum in corde eorum est. 4 Da eis secundum opus eorum, et fecundum malum operum eorum; secundum opus manuum eorum da eis, redde retributionem eorum eis; 5 Quoniam non advertunt opera Jehovæ, et opus manuum ejus; deftruet eos, et non ædificabit eos. 6 Benedictus Jehova, quoniam audivit vocem deprecationum mearum.

7 יהוה עז ומגני בו בטח לבי
ונעזרתי ויעלז לבי ומשירי אהודנו :
8 יהוה עז *למו ומעוז ישועות משיחו הוא :
9 הושיעה את עמך וברך את נחלתך
ורעם ונשאם עד העולם :

* לעמו 7.

7 Jehova fortitudo mea et scutum meum; in ipso spe-
ravi, et adjutus sum; et exultat cor meum, et in can-
tico meo laudabo eum. 8 Jehova robur *populi* sui,
et fortitudo salutum uncti sui est. 9 Serva populum
tuum, et benedic hæreditati tuæ; et pasce eos, et extol-
le eos usque in seculum.

PSALM. XXIX. כט

מזמור לדוד :

1 הבו ליהוה בני *אלים
הבו ליהוה כבוד ועז :
2 הבו ליהוה כבוד שמו

* אילים 6.

Psalmus Davidis. 1 Date Jehovæ, filii fortium,
date Jehovæ gloriam et fortitudinem. 2 Date Jeho-
væ gloriam nominis ejus;

a. 8. Hebr. למו et in cat. Gr. rectè τοῦ λαοῦ αὐτοῦ.
sententiam et versum pec- Vid. Psal. xxix. p. 11.

השתחוו ליהוה ·בהדרת קדש׃
3 קול יהוה על המים
אל הכבוד הרעים
יהוה על מים רבים׃
4 קול יהוה בכח
קול יהוה בהדר׃
5 קול יהוה * שבר ארזים
וישבר יהוה את ארזי הלבנון׃
6 וירקידם כמו עגל לבנון
ושרין כמו בן ראמים׃
7 קול יהוה †חצב להבות אש׃
8 קול יהוה יחיל מדבר
יחיל יהוה מדבר קדש׃

* שובר 43. † הוצב 31.

adorate JEHOVAM in decore sanctitatis. 3 Vox JEHOVÆ super aquas; Deus gloriæ tonare facit; JEHOVA super aquas multas. 4 Vox JEHOVÆ in potentia; vox JEHOVÆ in gloria. 5 Vox JEHOVÆ confringit cedros Libani; 6 Et saltare facit eas; sicut vitulum, Libanum, et Sirion, sicut filium unicornium. 7 Vox JEHOVÆ excidit flammas ignis. 8 Vox JEHOVÆ trepidare facit desertum; trepidare facit JEHOVA desertum Cades.

a. 2. Gr. legerunt בחדרת ἐν αὐλῇ, et sic etiam Psal. xcvi. p. 9.

9 קול יהוה יחולל אילות
* ויחשף יערות
ובהיכלו כלו † אמר כבוד :
10 יהוה למבול ישב
וישב יהוה מלך לעולם :
11 יהוה ‡ עז לעמו יתן
יהוה יברך את עמו בשלום :

* ויחשוף 12. † אומר 21. ‡ עוז 17.

9 Vox Jehovæ parturire facit cervas, et detegit sylvas; et in templo ejus omne prædicat gloriam *ejus*. 10 Jehova in diluvio sedit; sedebit Jehova rex in seculum. 11 Jehova fortitudinem populo suo dabit; Jehova benedicet populo suo in pace.

PSALM. XXX. ל

1 מזמור שיר חנכת הבית לדוד :

2 ארוממך יהוה כי דליתני
ולא שמחת § איבי לי :
3 יהוה אלהי שועתי אליך ותרפאני :
4 יהוה העלית מן שאול נפשי

1 Psalmus cantici dedicationis domûs Davidis.
2 [E]xaltabo te, Jehova, quoniam evexisti me; nec lætifi[ca]sti inimicos meos de me. 3 Jehova, Deus mi, cl[am]avi ad te, et sanasti me. 4 Jehova, ascendere [fe]cisti ab inferno animam meam;

חייתני מיורדי בור :

5 זמרו ליהוה חסידיו

והודו לזכר קדשו :

6 כי רגע באפו חיים ברצונו

בערב ילין בכי ולבקר רנה :

7 ואני אמרתי בשלוי

בל אמוט לעולם :

8 יהוה ברצונך העמדתה להררי עז

הסתרת פניך הייתי נבהל :

9 אליך יהוה אקרא

ואל יהוה אתחנן :

10 מה בצע ברדתי אל שחת

היודך עפר היגיד אמתך :

vivificasti me a descendentibus in sepulchrum. 5 Canite JEHOVÆ, sancti ejus; et laudate memoriam sanctitatis ejus. 6 Quoniam momentum *est* in furore ejus, vita in voluntate ejus; vesperi pernoctabit fletus, et manè lætitia *erit*. 7 Et ego dixi in tranquillitate mea, non movebor in seculum. 8 JEHOVA, in beneplacito tuo stare fecisti in monte meo fortitudinem; abscondisti faciem tuam, et fui territus. 9 Ad te, JEHOVA, clamavi, et ad JEHOVAM oravi. 10 Quæ utilitas in sanguine meo, quum descendero in foveam? Nunquid confitebitur tibi pulvis? Nunquid annuntiabit veritatem tuam?

11 שמע יהוה וחנני
יהוה היה *עזר לי :
12 הפכת מספדי למחול לי
פתחת שקי ותאזרני שמחה :
13 למען יזמרך כבוד ולא † ידם
יהוה אלהי לעולם אודך :

* עוזר 43. † ידום 37.

11 Audi, Jehova, et miserere mei; Jehova, esto adjutor mihi. 12 Vertisti planctum meum mihi in gaudium; *mihi* solvisti saccum meum, et accinxisti me lætitiâ. 13 Propterea canet tibi gloria *mea*, et non tacebit; Jehova, Deus mi, in seculum laudabo te.

PSALM. XXXI. לא

1 למנצח מזמור לדוד :

2 [a] בך יהוה חסיתי
אל אבושה לעולם
בצדקתך פלטני :
3 הטה אלי אזנך מהרה
הצילני היה לי לצור מעוז

1 Præcentori psalmus Davidis. 2 In te, Jehova, speravi; ne pudore afficiar in seculum; in justitia tua eripe me. 3 Inclina ad me aurem tuam, celeriter erue me; esto mihi in petram fortem,

a. 1. Confer cum his tres primas periodos Ps. lxxi.

לבית מצודות להושיעני :

4 כי סלעי ומצודתי אתה

ולמען שמך תנחני יתנהלני :

5 תוציאני מרשת זו טמנו לי

כי אתה *מעזי :

6 בידך אפקיד רוחי

† פדיתה אותי יהוה אל אמת :

7 שנאתי ‡השמרים הבלי שוא

ואני אל יהוה בטחתי :

8 אגילה ואשמחה בחסדך

אשר ראית את עניי

ידעת בצרות נפשי :

9 [b] ולא הסגרתני ביד אויב

* מעוזי .64 † פדית .75 ‡ השומרים .6

in domum munitionum ad salvandum me. 4 Quoniam petra mea et munitio mea es; et propter nomen tuum duc me, et deduc me. 5 Educ me è reti isto, quod absconderunt mihi; quoniam tu *es* fortitudo mea. 6 In manum tuam commendo spiritum meum; redemisti me, JEHOVA, Deus veritatis. 7 Odi observantes vanitates temerarias; et ego in JEHOVA spero. 8 Exultabo et lætabor in misericordia tua; quia vidisti afflictionem meam; agnovisti in angustiis animam meam. 9 Non conclusisti me in manum inimici;

b. 9. Copula, quæ ad sequentem v. pertinet, in Heb. huic præfigitur.

העמדת במרחב רגלי׃
10 חנני יהוה כי צר לי
עששה * בכעס עיני נפשי ובטני׃
11 כי כלו ביגון חיי ושנותי באנחה
כשל בעוני כחי ועצמי עששו׃
12 מכל צוררי הייתי חרפה
ולשכני מאד ופחד למידעי
† ראי בחוץ נדדו ממני׃
13 נשכחתי כמת מלב
הייתי ככלי אבד׃
14 כי שמעתי דבת רבים
מגור מסביב בהוסדם יחד
עלי לקחת נפשי זממו׃

* מכעס .4 † רואי .4

stare fecisti in latitudine pedes meos. 10 Miserere mei, JEHOVA, quoniam angustia *est* mihi; computruit præ ira oculus meus, anima mea, et venter meus. 11 Quoniam defecit præ dolore vita mea, et anni mei præ gemitu; concidit propter iniquitatem meam fortitudo mea, et ossa mea computruerunt 12 propter omnes hostes meos; et vicinis meis fui opprobrium valdè, et pavor notis meis; videntes me forìs fugiebant a me. 13 Oblivioni datus sum, sicut mortuus a corde; factus sum, sicut vas perditum. 14 Quoniam audivi vituperationem multorum; pavor circumquaque, simul dum consultabant adversum me; ut caperent animam meam, moliti sunt.

15 ואני עליך בטחתי יהוה
אמרתי אלהי אתה :
16 בידך * עתתי הצילני
מיד אויבי ומרדפי :
17 האירה פניך על עבדך
הושיעני בחסדך :
18 יהוה אל אבושה כי קראתיך
† יבשו רשעים ידמו לשאול :
19 תאלמנה שפתי שקר
‡ הדברות על צדיק
עתק בגאוה ובוז :
20 מה רב טובך אשר צפנת ליראיך
פעלת לחוסים בך נגד בני אדם :

* עתותי 50. † יבושו 15. ‡ הדוברות 8.

15 At ego in te speravi, JEHOVA ; dixi, Deus meus tu.
16 In manu tua *sunt* tempora mea ; erue me e manu
inimicorum meorum, et a persequentibus me. 17 Lu-
cere fac faciem tuam super servum tuum ; serva me
per misericordiam tuam. 18 JEHOVA, ne pudore
afficiar, quoniam invocavi te ; pudore afficiantur impii,
excidantur in sepulchro. 19 Obmutescant labia men-
dacia, quæ loquuntur adversus justum durum cum su-
perbia et contemptu. 20 Quam multum est bo-
num tuum, quod abscondisti timentibus te ; opera-
tus es sperantibus in te coram filiis hominum.

21 תסתירם בסתר פניך מרכסי איש
תצפנם בסכה מריב * לשנות :
22 ברוך יהוה כי הפליא חסדו לי בעיר מצור :
23 ואני אמרתי בחפזי † נגרזתי מנגד עיניך
אכן שמעת קול תחנוני בשועי אליך :
24 אהבו את יהוה כל חסידיו
אמונים ‡ נצר יהוה
ומשלם על יתר § עשה גאוה :
25 חזקו ויאמץ לבבכם
כל המיחלים ליהוה :

* לשונות 54. † נגזרתי 8. ‡ נוצר 21. § עושה 7.

21 Abscondes eos in abscondito faciei tuæ ab elationibus hominum; occultabis eos in tabernaculo a contentionibus linguarum. 22 Benedictus JEHOVA, quoniam mirificavit miserecordiam suam mihi in civitate munita. 23 Et ego dicebam in festinando me, excisus sum ab oculis tuis; verum exaudisti vocem deprecationum mearum, quum clamarem ad te. 24 Diligite JEHOVAM, omnes misericordes ejus; fideles custodit JEHOVA, et reddit abundanter facienti superbiam. 25 Roboramini, et roborabit cor vestrum, omnes sperantes in JEHOVA.

v. 23. Psal. lxxxviii. p. 6. eodem sensu dicitur נגזרו; et Thr. iii. 54. נגזרתי. igitur sana hæc lectio, גזר et גרז idem valent. Si

לדוד משׂכיל ׃

1 אשרי נשוי פשע כסוי חטאה ׃
2 אשרי אדם לא * יחשב יהוה לו עון
ואין ברוחו רמיה ׃
3 כי החרשתי † בלו עצמי
בשאגתי כל היום ׃
4 כי יומם ולילה תכבד עלי ידך
נהפך לשדי בחרבוני קיץ סלה ׃
5 חטאתי אודיעך ועוני לא כסיתי
אמרתי אודה עלי פשעי ליהוה
ואתה נשאת עון חטאתי סלה ׃
6 על זאת יתפלל כל חסיד
אליך לעת ‡ מצא

* יחשוב 9. † כלו 11. ‡ מצוא 59.

Davidis didacticon. 1 Beatus, *cujus* dimissa est prævaricatio, *cujus* tectum peccatum. 2 Beatus homo, cui non imputat JEHOVA iniquitatem; nec est in spiritu ejus dolus. 3 Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea in rugitu meo totâ die. 4 Quoniam die ac nocte aggravatur super me manus tua; versus est viror meus in siccitates æstatis. Selah. 5 Peccatum meum notum feci tibi, et iniquitatem meam non operui; dixi, confitebor adversum me prævaricationes meas JEHOVÆ; et tu dimisisti iniquitatem peccati mei. Selah. 6 Propter hoc orabit omnis sanctus ad te tempore inveniendi:

רק לשטף מים רבים
אליו לא יגיעו :
7 אתה סתר לי מצר
תצרני רני פלט תסובבני סלה :
8 אשכילך ואורך בדרך זו תלך
איעצה עליך עיני :
9 אל תהיו כסוס
כפרד אין הבין
במתג ורסן עדיו לבלום
בל קרוב אליך :
10 רבים מכאובים לרשע
והבוטח ביהוה חסד יסובבנו :
11 שמחו ביהוה וגילו צדיקים
והרנינו כל ישרי לב :

profectò in inundatione aquarum multarum ad eum non pertingent.
7 Tu abconsio *es* mihi, ab angustia custodis me ; clamoribus liberationis circumdas me. Selah.
8 Intelligere faciam te, et docebo te viam, quâ ambules ; consulam super te oculo meo.
9 Ne sitis, sicut equus, sicut mulus, *quibus* non *est* intellectus ; in freno et lupato os ejus coercendum, ne appropinquet tibi.
10 Multi dolores impio ; at sperantem in JEHOVA misericordia circumdabit eum.
11 Lætamini in JEHOVA, et exultate, justi ; et laudate, omnes recti corde.

1 רננו צדיקים ביהוה
לישרים נאוה תהלה :
2 הודו ליהוה בכנור
בנבל עשור זמרו לו :
3 שירו *לו ᵃ שיר חדש
† היטיבו נגן בתרועה :
4 כי ישר דבר יהוה
וכל מעשהו באמונה :
5 ‡ אהב צדקה ומשפט ᵇ
חסד יהוה מלאה הארץ :
6 בדבר יהוה שמים נעשו

* ליהוה 3. † הטיבו 57. ‡ אוהב 9.

1 Exultate, justi, in JEHOVA : rectos decet laudatio.
2 Celebrate JEHOVAM in cithara ; in nebel decachordo canite ei. 3 Cantate JEHOVÆ canticum novum, bene canite in vociferatione. 4 Quia rectum *est* verbum JEHOVÆ, et omne opus ejus in fide. 5 Diligit justitiam et judicium *Jehova*, misericordia JEHOVÆ plena est terra. 6 Verbo JEHOVÆ cœli facti sunt,

a. 3. Male in Hebr. לו. Si conferas hanc periodum cum prima secunda et quarta, res ipsa monstrabit hic legendum ליהוה. Præterea versus hic alias plus semel habetur. Vid. Ps. xcvi. p. 1. et xcviii. 1.

b. 5. יהוה. Hic plane desideratur, nihil enim est illo sublato, quo cum conveniat אהב.

ובְרוח פיו כל צבאם ׃

7 * כנס כנד מי הים † נתן

באוצרות תהומות ׃

8 ‡ ייראו[c] מיהוה כל הארץ

ממנו יגורו כל § ישבי תבל ׃

9 כי הוא אמר ויהי הוא צוה ויעמד ׃

10 יהוה הפיר עצת גוים

הניא מחשבות עמים ׃

11 עצת יהוה לעולם תעמד

מחשבות לבו לדור ודור ׃

12 אשרי הגוי אשר יהוה אלהיו

העם[d] בחר לנחלה לו ׃

* כונס 13. † נותנ 23. ‡ יראו 33. § יושבי 16.

spiritu oris ejus omnis exercitus eorum. 7 Congregat velut in acervum aquas maris, ponit in thesauris abyssos. 8 Timete a JEHOVA omnis terra, ab eo paveant omnes habitatores orbis; 9 Quoniam ipse dixit, et fuit; ipse præcepit, et extitit. 10 JEHOVA dissipat consilium gentium, irritas facit cogitationes populorum. 11 Consilium JEHOVÆ in seculum stat, cogitationes cordis ejus in generationem et generationem. 12 Beata gens cujus JEHOVA *est* Deus; et populus *quem* elegit in hæreditatem sibi.

c, 8. In Hebr. ייראו in *futuro.* Sed versus postulat *imperativum.* Ut Psal. xxxiv. p. 10. et כל הארץ cum hoc *modo* solere jungi pluribus exemplis patet. Vid. Psal. c. p. 1. lxvi. 1. xcviii. 4.

d. 12. In Hebr. deest copula ו nempe præcedente, posterius excidit.

13 משמים הביט יהוה
ראה את כל בני האדם׃
14 ממכון שבתו השגיח
אל כל * ישבי הארץ׃
15 היוצר יחד לבם
המבין אל כל מעשיהם
16 אין המלך נושע ברב חיל
גבור לא ינצל ברב כח׃
17 שקר הסוס לתשועה
וברב חילו לא ימלט׃
18 הנה עין יהוה אל יראיו
למיחלים לחסדו׃
19 להציל ממות נפשם

* יושבי 15.

13 E cœlis respicit Jehovæ, videt omnes filios hominum. 14 Ex habitaculo sessionis suæ prospicit super omnes habitatores terræ. 15 Qui formavit simul cor eorum, qui intelligit omnia opera eorum. 16 Non salvatur Rex in multitudine exercitus; potens non evadet in multitudine potentiæ. 17 Fallax equus ad salutem, et in multitudine roboris sui non eripit. 18 Ecce oculus Jehovæ super timentes eum, ad sperantes misericordiam ejus; 19 Ad eripiendum a morte animam eorum,

ולחיותם ברעב׃
20 נפשנו חכתה ליהוה
עזרנו ומגננו הוא׃
21 כי בו ישמח לבנו
כי בשם קדשו בטחנו׃
22 יהי חסדך יהוה עלינו
כאשר יחלנו לך׃

et ad vivificandum eos in fame. 20 Anima nostra expectat JEHOVAM; auxilium nostrum, et clypeus noster ipse est. 21 Nam in eo lætabitur cor nostrum, quia in nomine sancto ejus speramus. 22 Sit misericordia tua, JEHOVA, super nos; quemadmodum speravimus in te.

PSALM. XXXIV. לד

1 לדוד בשנותו
את טעמו לפני אבימלך
ויגרשהו וילך׃
2 אברכה את יהוה בכל עת
תמיד תהלתו בפי׃
3 ביהוה תתהלל נפשי

1 Davidis, quum mutavit ipse vultum suum coram Abimelech, et expulit eum, et abiit. 2 Benedicam JEHOVAM in omni tempore, semper laus ejus in ore meo. 3 In JEHOVA laudabit se anima mea;

ישמעו ענוים וישמחו :

4 גדלו ליהוה אתי

ונרוממה שמו יחדו :

5 דרשתי את יהוה וענני

ומכל מגורותי הצילני :

6 הביטו אליו ונהרו

. . . .

ופניהם אל יחפרו :

. . . .

7 זה עני קרא ויהוה שמע

ומכל צרותיו הושיעו :

audient humiles, et lætabuntur. 4 Magnificate Jehovam mecum, et exaltemus nomen ejus simul. 5 Quæsivi Jehovam, et exaudivit me, et ex omnibus timoribus meis eripuit me. 6 Aspicient ad eum, et illuminabuntur, ... et facies eorum non afficientur pudore. . . . . . . 7 Iste pauper clamavit, et Jehova audivit; et ex omnibus angustiis ejus servavit eum.

a. 6. Cum Psalmus hic sit Alphabeticus, qualis est vicesimus quintus, et singulæ periodi duobus constent versiculis, manifestum est casu aliquo hic excidisse versiculos duos, unum nempe e periodo quinta, alterum e sexta; et quædam periisse ex ipso sensu liquet, cum nullus sit *nominativus*, quocum הביטו conveniat. נהרו ex Chald. significatione Gr. verterunt φωτίσθητε. Et hoc sensu נהרה occurrit Job iii. 4. quænam vero sint quæ exciderint, nemo dixerit, cum hæ lacunæ omnibus quæ supersunt versionibus antiquiores sint.

8 * חנה מלאך יהוה סביב
ליראיו ויחלצם :
9 טעמו וראו כי טוב יהוה
אשרי הגבר יחסה־בו :
10 יראו את יהוה קדשיו
כי אין מחסור ליראיו :
11 כפירים[b] רשו ורעבו
† ודרשי יהוה לא יחסרו כל טוב :
12 לכו בנים שמעו לי
יראת יהוה אלמדכם :
13 מי האיש החפץ חיים
‡ אהב ימים לראות טוב

* חונה 23. † ודורשי 8. ‡ אוהב 13.

8 Castrametatur Angelus JEHOVÆ circum timentes eum, et eripit eos. 9 Gustate, et videte quod bonus JEHOVA, beatus vir *qui* sperat in eo. 10 Timete JEHOVAM, sancti ejus; quoniam non est penuria timentibus eum. 11 Leunculi depauperantur, et famem patientur; sed quærentes JEHOVAM non deficient ullo bono. 12 Venite filii, auscultate mihi, timorem JEHOVÆ docebo vos. 13 Quis vir ille qui vult vitam, diligit dies videre bonos?

b. 11. Gr. πλέσιοι. Atque hanc quidem inter alias significationem voci huic competere suspicor conferendo cum his Ez. xxxviii. 13. quæ vide.

14 * נצר לשונך מרע
ושפתיך מדבר מרמה׃
15 סור מרע ועשה טוב
בקש שלום ורדפהו׃
16 עיני יהוה אל צדיקים
ואזניו אל שועתם׃
17 פני יהוה בעשי רע
להכרית מארץ זכרם׃
18 צעקו ויהוה שמע
ומכל צרותם הצילם׃
19 קרוב יהוה לנשברי לב
ואת דכאי רוח יושיע׃
20 רבות רעות צדיק

* נצור 37.

14 Custodi linguam tuam à malo, et labia tua à loquendo dolum. 15 Declina à malo, et fac bonum; inquire pacem, et persequere eam. 16 Oculi Jehovæ super justos, et aures ejus ad clamorem eorum. 17 Vultus Jehovæ contra facientes malum, ad exscindendum è terra memoriam eorum. 18 Clamant, et Jehova exaudit, et ex omnibus angustiis eorum eripit eos. 19 Propinquus *est* Jehova confractis corde, et contritos spiritu servat. 20 Multa *sunt* mala justi;

c. 18. Gr. addunt οἱ δίκαιοι, quasi in suo codice legissent צדיקים, quod ad sensum etiam desideratur.

ומכלם יצילנו יהוה׃
21 * שמר׳ כל עצמתיו
אחת מהנה לא נשברה׃
22 תמותת רשע רעה
† ושנאי צדיק יאשמו׃ ה
23 פדה׳ יהוה נפש עבדיו
ולא יאשמו כל החוסים בו׃

* שומר. 32. † ושונאי .6

et JEHOVA à cunctis ipsis eruit eum. 21 Custodit *JEHOVA* omnia ossa ejus, unum ex eis non confringitur. 22 Interimet impium malitia; et osores justi devastabuntur. 23 Redimit JEHOVA animam servorum suorum; et non devastabuntur omnes sperantes in eo.

PSALM. XXXV. לה

לדוד׃
1 ריבה יהוה את יריבי
לחם את לחמי׃
2 החזק מגן וצנה

Davidis. 1 Litiga, JEHOVA, cum litigantibus mecum; pugna, *JEHOVA*, cum impugnatoribus meis. 2 Apprehende clypeum et scutum,

d. 21. יהוה hic inserendum esse constructio pariter ac metrum ostendit. Vid. Ps. xxxi. p. 24.

e. 23. פדה, &c. Hæc extra Psalmum. Vid. Psal. xxv. ult.

וקומה *בעזרתי:
3 והרק חנית וסגור לקראת †רדפי
אמר לנפשי ‡ישעתך אני:
4 §יבשו ויכלמו
מבקשי נפשי
‖יסגו אחור ויחפרו
חשבי רעתי:
5 יהיו כמוץ לפני רוח
ומלאך יהוה דחה:
6 יהי דרכם חשך וחלקלקות
ומלאך יהוה רדפם:
7 כי חנם טמנו לי שחת רשתם·

* לעזרתי 13. † רודפי 6. ‡ ישועתך 64. § יבושו 5.
‖ יסוגו 8.

et surge in adjutorium meum. Educ lanceam, et interclude in occursum persequentium me; dic animæ meæ, Salus tua sum. 4 Pudore afficiantur, et erubescant quærentes animam meam; avertantur retrorsum, et pudore afficiantur cogitantes malum meum. 5 Sint ut gluma ante ventum, et Angelus Jehovæ impellat *eos*. 6 Via eorum tenebræ, et lubricitates sit, et Angelus Jehovæ persequens. 7 Quoniam sine causa absconderunt mihi rete suum,

a. 7. רשתם, שחת. Has voces sedes invicem commutasse evidentissime liquet ex verbis טמנו et חפר, quorum prius *de reti* dicitur, alterum de *fovea*.

חנם חפרו לנפשי :
8 תבואהו שואה לא ידע
ורשתו אשר טמן
תלכדו בשואה יפל בה :
9 ונפשי תגיל ביהוה
תשיש בישועתו :
10 כל עצמתי תאמרנה
יהוה מי כמוך מציל
עני מחזק ממנו
ועני ואביון מגזלו :

* תגל 13.

foveam sine causa fodit animæ meæ. 8 Veniat ei
ruina *quam* non cognoscit, et rete ipsius, quod abscondit,
capiat eum, et ruina incidat in illum. 9 Anima
mea exultabit in Jehova, et gaudebit in salute ejus.
10 Omnia ossa mea dicent, Jehova, quis sicut tu, eri-
piens afflictum a fortiore eo, pauperem et egenum a di-
ripiente eum?

Vid. Psal. ix. p. 16. xxxi. v. et vii. 16. sed aliis exemplis nihil opus est, cum ex p. 8. hujus ipsius Psalmi res clarissime comprobetur.

b. 7. Versus postulat singulare, et comprobant sequentia.

c. 8. Constructio poscit ו loco ב. Res per se clara.

d. 9. Præfixa est copula, quam metrum ostendit ad seq. v. pertinere.

e. 10. In Hebr. copula præposita est, sed constructio æque ac metrum, respuit; ex ו præcedente videtur irrepsisse.

11 יקומון עדי חמס
אשר לא־ידעתי ישאלוני׃
12 ישלמוני רעה תחת
טובה שכול לנפשי׃
13 ואני בחלותם
לבושי שק עניתי
בצום נפשי ותפלתי
על־חיקי תשוב׃
14 כרע כאח לי התהלכתי
כאבל אם קדר שחותי׃
15 ובצלעי שמחו
ונאספו נאספו

11 Insurrexerant testes iniqui; quæ non noveram interrogant me. 12 Reddiderunt mihi malum pro bono, orbitatem animæ meæ. 13 At ego, quum ægrotarent ipsi, vestimentum meum *erat* saccus; affligebam in jejunio animam meam, et oratio mea ad *me in* sinum meum revertetur. 14 Tanquam amicus, tanquam frater mihi, ambulabam; tanquam lugens matrem, pullatus incurvabar. 15 Sed *ipsi* in claudicatione mea lætati sunt, et congregantur, congregantur

ƒ. 13. עלי אל חיקי. Verdum quod sic corrigensus indicat subesse mendum arbitror.

עלי נכים ולא ידעתי g
קרעו ולא דמו :
16 בחנפי לעגי מעוג h
* חרק עלי שנימו :
17 אדני כמה תראה
השיבה נפשי משאיהם
מכפירים יחידתי :
18 אודך בקהל רב
בעם עצום אהללך :
19 אל ישמחו לי איבי שקר

* חרוק 24.

adversum me plebeii, nec sciebam. 16 Cum dicteriis *et* sannis placentarum prosciderunt *me*, et non cessarunt frendere adversum me dentibus suis. 17 Domine usquequo videbis? Reduc animam meam à desolationibus eorum, *et* à leonibus solitariam meam. 18 Celebrabo te in cœtu magno, in populo numeroso laudabo te. 19 Ne lætentur de me qui inimici mei immerito,

g. 15. Sc. qui essent, vel cur adversum me convenirent.

h. 16. Indubium est לעגי significare sannas. *Sannæ* igitur *placentæ*, erunt *vanæ*, *futiles*, quales parasitorum. חנפי erunt *improbitates*, *impura*, *profana* dicteria, חנף enim apud Gr. Intt. est ἀσεβὴς, ἄνομος. et verbum redditur μιαίνω, μολύνω. Adi intt. ut videas quantum hic locus illos torserit.

שנאי חנם יקרצו עין :
20 כי לא שלום ידברו
ועל רגעי ארץ דברי
מרמות יחשבון :
21 וירחיבו עלי פיהם אמרו
האח האח ראתהⁱ עינינו :
22 ראיתה יהוה אל תחרש
אדני אל תרחק ממני :
23 העירה והקיצה
למשפטי. אלהי
ואדני לריבי :
24 שפטני * כצדקך יהוה
אלהי ואל ישמחו לי :

* כצדקתך 6.

neque qui odio habent me sine causa, innuant oculo
20 quia non pacem loquuntur. Contra humiles terræ
verba fraudum cogitant, 21 et dilataverunt adversum
me os suum; dixerunt, Euge euge, oculus noster.
22 Vidisti, JEHOVA, ne taceas. Domine, ne elonges
te à me. 23 Excita te, et evigila ad judicium meum,
Deus mi, et Domine mi, ad causam meam. 24 Ju-
dica me secundum justitiam tuam, JEHOVA, Deus mi,
et ne lætentur de me.

i. 21. ראתה vel e margine irrepsit ad illipsim explendam, vel natum est ex ראיתה in v. proxime sequente.

25 אל יאמרו בלבם
האח נפשנו אל יאמרו^k בלענוהו :
26 * יבשו ויחפרו יחדו
שמחי רעתי
ילבשו בשת † וכלמה
המגדילים עלי :
27 ירנו וישמחו
חפצי צדקי
ויאמרו תמיד יגדל יהוה
החפץ שלום עבדו :
28 ולשוני^l תהגה צדקך
כל היום תהלתך :

* יבושו 6. † וכלימה 21.

25 Ne dicant in corde suo, Euge, anima nostra; disperdidimus eum. 26 Pudore afficiantur, et erubescant simul læti malo meo; induantur pudore et erubescentiâ, magnificantes sese adversus me. 27 Exultent et lætentur *in te* qui volunt justitiam meam; et dicant semper, Magnificetur Jehova, qui vult pacem servi sui. 28 Lingua mea loquetur justitiam tuam, omni die laudem tuam.

k. 25. יאמרו אל videtur per errorem librarii repetitum, cum mox præcesserit.

l. 28. Præfixa est copula, repetito ו quod præcedit. Vid. Psal. lxxi, 8, 15, 24.

1 למנצח לעבד יהוה
לדוד
2 נאם פשע לרשע
בקרב לבי
אין פחד אלהים לנגד עיניו :
3 כי החליק אליו
בעיניו * למצא עונו † לשנא :
4 דברי פיו און ומרמה חדל
להשכיל ‡ להיטיב :
5 און יחשב על משכבו יתיצב
על דרך לא טוב רע לא ימאס :

* למצוא 18. † לשנוא 4. ‡ להטיב 41.

1 Præcentori, servi Jehovæ, Davidis. 2 Dicit Prævaricatio impio in medio cordis *sui, non est deus.* Non est pavor Dei ante oculos ejus, (3 quoniam blanditur ei in oculis ejus,) ut inveniat iniquitatem suam ad odio habendum. 4 Verba oris ejus iniquitas et dolus; desiit intelligere ut benè agat; 5 iniquitatem cogitat in cubilo suo, stat in via non bona, malum non aversatur.

a. 2. Si conferas hæc cum initio Psal. cx. mecum opinor senties, hæc ita reddenda esse; *dixit Scelus homini improbo in corde suo, non est deus.* Quod idem fere est ac illud quod dicitur, Psal. xiv. p. 1. atque adeo pro לבי legendum לבו, et addendum אין אלהים. Quod forte excidit propter similitudinem verborum proxime sequentium.

6 יהוה בהשמים חסדך
אמונתך עד שחקים׃
7 צדקתך כהררי אל
משפטך תהום רבה
אדם ובהמה תושיע יהוה׃
8 מה יקר חסדך
אלהים ובני אדם
בצל כנפיך יחסיון׃
9 * ירוין מדשן ביתך
ונחל עדניך תשקם׃
10 כי עמך מקור חיים
באורך נראה אור׃
11 משך חסדך † לידעיך
וצדקתך לישרי לב׃

* ירוינ .34 † ליודעיך .36

6 JEHOVA, usque ad cœlos misericordia tua; veritas tua usque ad nubes. 7 Justitia tua sicut montes Dei; judicia tua, abyssus màgna; hominem et animal servas, JEHOVA. 8 Quam pretiosa est misericordia tua, ô Deus! et filii hominum in umbram alarum tuarum se recipient. 9 Inebriabuntur de pinguedine domus tuæ, et *de* torrente deliciarum tuarum potum dabis eis. 10 Quoniam apud te est fons vitæ, in lumine tuo videbimus lumen. 11 Protrahe misericordiam tuam scientibus te, et justitiam tuam rectis corde.

12 אל תבואני רגל גאוה
ויד רשעים אל תנדני :
13 שם נפלו * פעלי און
דחו ולא יכלו קום :

* פועלי 9.

12 Ne veniat mihi pes superbiæ, et manus impiorum ne migrare faciat me. 13 Illic ceciderunt operarii iniquitatis; impulsi sunt, et non potuerunt surgere.

PSALM. XXXVII. לז

לדוד :
1 אל תתחר במרעים
אל תקנא † בעשי עולה :
2 כי כחציר מהרה ימלו
וכירק דשא יבלון :
3 בטח ביהוה ועשה טוב
שכן ארץ ורעה אמונה[a] :

† בעושי 15.

Davidis. 1 Ne succenseas in malignos, ne zeleris in
facientes iniquitatem. 2 Tanquam herba velociter
succidentur, et sicut olus germinis decident. 3 Spe-
ra in Jehova, et fac bonum; inhabita terram, et pas-
ceris in divitiis ejus.

a. 3. Sic rescribendum puto pro המונה, quod magnam interpretibus molestiam creavit; *pasci enim veritate vel fide* mira loquutio est, hoc saltem in loco.

4 והתענג על יהוה ויתן
לך משאלות לבך :
5 * גול על יהיה דרכך
ובטח עליו והוא יעשה :
6 והוציא כאור צדקך
ומשפטך כצהרים :
7 † דום ליהוה והתחולל לו
אל תתחר במצליח דרכו
באיש ‡ עשה מזמות :
8 הרף מאף ועזב חמה
אל תתחר אך להרע :
9 כי מרעים יכרתון
וקוי יהוה המה § יירשו ארץ :

* גל 49. † דם 13. ‡ עושה 7. § ירשו 41.

4 Et delecta te in JEHOVA, et dabit tibi petitiones cordis tui. 5 Volve super JEHOVAM viam tuam, et spera in eo, et ipse faciet. 6 Et educet sicut lumen, justitiam tuam, et judicia tua sicut meridiem. 7 Sile JEHOVAM, et exspecta eum ; ne irascaris feliciter promoventi viam suam, propter virum facientem abominationes. 8 Desine ab ira, et missum fac furorem ; ne effervescas, saltem ad malefaciendum. 9 Quoniam maligni excidentur ; at exspectantes JEHOVAM ipsi hæreditabunt terram.

10 ועוד מעט ואין רשע
והתבוננת על מקומו ואיננו :
11 וענוים[b] * ירשו ארץ
והתענגו על רב שלום :
12 † זמם רשע לצדיק
וחרק עליו שניו :
13 אדני ישחק לו
כי ראה כי יבוא יומו :
14 חרב פתחו רשעים
ודרכו קשתם
להפיל עני ואביון
לטבות ישרי דרך :
15 חרבם תבא בלבם
וקשתותם תשברנה :

* ירשו 41. † זומם 19.

10 Et adhuc paululum, et non *erit* impius ; et considerabis locum ejus, et non erit. 11 Humiles hæreditabunt terram, et oblectabuntur præ multitudine pacis. 12 Cogitat impius contra justum, et frendet adversus eum dentibus suis. 13 Dominus ridebit eum, quia videt quod venit dies ejus. 14 Gladium evaginaverunt impii, et tetenderunt arcum suum, ut dejiciant pauperem et inopem, ut jugulent rectos viâ. 15 Gladius eorum intrabit in cor eorum, et arcus eorum confringentur.

b. 11. In Heb. præit copula, sed ex ו præcedente nata.

16 טוב מעט לצדיק מהמון
רשעים רבים׃
17 כי * זרועות רשעים תשברנה
וסומך צדיקים יהוה׃
18 יודע יהוה ימי תמימים
ונחלתם לעולם תהיה׃
19 לא † יבשו בעת רעה
ובימי רעבון ישבעו׃
20 כי רשעים יאבדו
‡ ואיבי יהוה כיקר
כרים כלו כעשן ͨ כלו׃
21 לוה רשע ולא ישלם

* זרעות 8. † יבושו 13. ‡ ואויבי 9.

16 Melius est paululum justo, præ copia impiorum multorum ; 17 Quia brachia impiorum confringentur ; sustentat autem justos JEHOVA. 18 Novit JEHOVA dies perfectorum, et hæreditas eorum in seculum erit. 19 Non afficientur pudore in tempore malo, et in diebus famis saturabuntur. 20 Sed impii peribunt ; et inimici JEHOVÆ sicut pretiosum agnorum absumentur, ut fumus deficient, *omnes operantes iniquitatem.* 21 Mutuum accipit impius, et non reddit ;

c. 20. Et sic Gr. ὡσεὶ καπνός. In Hebr. בעשן ; in his literis tam similibus facile erratur.

וצדיק חונן ונותן׃

22 כי מברכיו * ירשו ארץ
ומקלליו יכרתו׃

23 מיהוה מצעדי גבר
כוננו ודרכו יחפץ׃

24 כי יפל לא יוטל
כי יהוה סומך ידו׃

25 נער הייתי גם זקנתי
ולא ראיתי צדיק נעזב
וזרעו מבקש לחם׃

26 כל היום חונן ומלוה
וזרעו לברכה׃

27 סור מרע ועשה טוב

* ירשו 36.

justus gratificatur, et dat.
22 Benedicti ejus, hæred-
itabunt terram; et maledicti ejus, exscindentur.
23 Ab JEHOVA gressus hominis diriguntur, et viam ejus
probat.
24 Quum ceciderit, non dejicietur, quia
JEHOVA sustentat manum ejus.
25 Puer fui, etiam
senui, et non vidi justum derelictum, nec semen ejus
quærens *sibi* panem.
26 Omni die miseretur, et
mutuum dat *justus*; et semen ejus *est* in benedictione.
27 Recede à malo, et fac bonum;

ושכן לעולם[d] :
28 כי יהוה * אהב משפט
ולא יעזב את חסידיו
לעולם נשמרו
חרע רשעים נכרת :
29 צדיקים † יירשו ארץ
וישכנו לעד עליה :
30 פי צדיק יהגה חכמה
ולשונו תדבר משפט :
31 תורת אלהיו בלבו
לא תמעד אשריו :
32 צופה רשע לצדיק
ומבקש להמיתו :

* אוהב 10. † ירשו 36.

et habitabis in seculum terram. 28 Quia JEHOVA amat judicium, et non derelinquet misericordes suos; in seculum custodiuntur; semen autem impiorum succiditur. 29 Justi hæreditabunt terram, et habitabunt in seculum super eam. 30 Os justi meditabitur sapientiam, et lingua ejus loquetur judicium. 31 Lex Dei ejus in corde ejus, *ideo* non vacillabit gressus ejus. 32 Speculatur impius justum, et quærit interimere eum;

d. 27. הארץ. Hanc vocem excidisse ex constructione pariter ac versu manifestum.

יהוה לא יעזבנו בידו 33
ולא ירשיענו בהשפטו׃
קוה אל יהוה ושמר דרכו 34
וירוממך לרשת ארץ
בהכרת רשעים תראה׃
ראיתי רשע עריץ 35
ומתערה כאזרח רענן׃
ויעבר והנה איננו 36
ואבקשהו ולא נמצא׃
שמר תם וראה ישר 37
כי אחרית לאיש שלום׃
ופשעים נשמדו יחדו 38
אחרית רשעים נכרתה׃

33 Sed JEHOVA non derelinquet eum in manu ejus, nec condemnabit eum, quum judicatus fuerit ille.
34 Expecta JEHOVAM, et custodi viam ejus, et exaltabit te, ut hæreditate capias terram; quum succisi fuerint impii, videbis.
35 Vidi impium fortem, et diffundentem se instar arboris indigenæ viridis.
36 Et transivit, et ecce non fuit; et quæsivi eum, et non est inventus.
37 Observa perfectum *hominem*, et vide rectum; quia novissimum *tali* viro pax.
38 At prævaricantes dissipabuntur simul; novissimum impiorum succidetur.

e. 33. In Hebr. deeſt copula, quod aliud ו proxime præcedat.

39 ותשועת[f] צדיקים מיהוה
* מעחם בעת צרה :
40 ויעזרם יהוה ויפלטם
יפלטם מרשעים
ויושעם כי חסו בו :

* מעזם 42.

39 Salus justorum ab JEHOVA ; *qui* fortitudo eorum *est* in tempore angustiæ. 40 Adjuvat eos JEHOVA, et eruit eos ; eruit eos ab impiis, et servat eos, quia speraverunt in eo.

PSALM. XXXVIII. לח

1 מזמור לדוד להזכיר :
2 יהוה אל בקצפך תוכיחני
ובחמתך תיסרני :
3 כי חציך נחתו בי
ותנחת עלי ידך :

1 Psalmus Davidis, ad commemorandum. 2 JEHOVA, ne in furore tuo arguas me, nec in ira tua corripias me. 3 Quoniam sagittæ tuæ descenderunt in me, et descendit super me manus tua.

f. 39. In Hebr. ותשועת absurde, ut dixi ad p. primam, cum literarum series ejiciendam esse copulam certissime monstret.

4 אין מתם בבשרי
מפני זעמך
אין שלום בעצמי
מפני חטאתי ׃
5 כי * עונתי עברו ראשי
כמשא כבד יכבדו ממני ׃
6 הבאישו נמקו † חבורתי
מפני אולתי ׃
7 נעויתי שחותי עד מאד
כל היום קדר הלכתי ׃
8 כי כסלי מלאו נקלה
ואין מתם בבשרי ׃
9 ‡ נפוגתי ונדכיתי עד מאד
שאגתי מנהמת לבי ׃
10 אדני נגדך כל תאותי

* עונותי 47. † חבורותי 10. ‡ נפוגותי 44.

4 Nec est integritas in carne mea propter iram tuam; non *est* pax in ossibus meis propter peccatum meum. 5. Quoniam iniquitates meæ transierunt caput meum: sicut onus grave graviores fuerunt me. 6 Putruerunt livores mei, contabuerunt propter stultitiam meam. 7 Distortus sum, curvatus sum vehementissimè, omni die pullatus ambulo. 8 Quoniam ilia mea plena sunt ardore: et non est integritas in carne mea. 9 Debilitatus sum vehementissime, rugio præ fremitu cordis mei. 10 Domine, coram te est omne desiderium meum,

ואנחתי ממך לא נסתרה׃
11 לבי סחרחר עזבני כחי
ואור עיני גם הם ᵃ אין אתי׃
12 אהבי ורעי מנגד
נגעי יעמדו
וקרבי מרחק עמדו׃
13 וינקשו מבקשי נפשי
ודרשי רעתי
דברו ᵇ הוות ומרמות
כל היום יהגו׃
14 ואני כחרש לא *אשמע
וכאלם לא יפתח פיו׃

* ישמע 9.

et suspirium meum à te non est absconditum. 11 Cor meum conturbatum est, dereliquit me fortitudo mea, et lumen oculorum meorum, non est mecum. 12 Amici mei et sodales mei, à conspectu plagæ meæ etiam ipsi stant, et propinqui mei à longinquo stant. 13 Et laqueos tetenderunt quærentes animam meam, et quærentes malum meum verba pravitatum et dolorum omni die meditantur *contra me.* 14 At ego tanquam surdus non audio, et sicut mutus *qui* non aperit os suum.

a. 11. In Hebr. גם הם sequitur עיני. Sed et constructio et metrum ostendunt hic alieno loco poni, et ad periodum sequentem pertinere, ubi desiderantur.

b. 13 דברי. In Hebr. דברו manifesto errore, vid. Psal. xxxv. p. 20.

15 ואהי כאיש אשר לא שמע
ואין בפיו תוכחות :
16 כי לך יהוה הוחלתי אתה
תענה · אדני אלהי :
17 כי אמרתי פן ישמחו לי
במוט רגלי עלי הגדילו :
18 כי אני לצלע נכון
ומכאובי נגדי תמיד :
19 כי עוני אגיד
אדאג מחטאתי :

15 Fui sicut vir qui non audit, neque sunt in ore ejus redargutiones. 16 Quia te, JEHOVA, expecto, tu exaudies me, Domine Deus mi. 17 Quia dicebam, Ne fortè lætentur de me; dum declinat pes meus, adversum me magnificant se. 18 Quoniam ego ad claudicationem paratus *sum*, et dolor meus coram me *est* semper. 19 Quoniam iniquitatem meam annuntiabo *tibi*, dolebo propter peccatum meum.

e. 16. תענני. In Hebr. xvii. p. 6. lxxxvi. 7. תענה. mendose; vid. Psal. cxxxviii. 3.

20 *ואיבי חיים [d] עצמו
ורבו † שנאי שקר :
21 ומשלמי רעה תחת טובה
ישטנוני תחת ‡ רדופי טוב :
22 אל תעזבני יהוה
אלהי אל תרחק ממני :
23 חושה לעזרתי ‖ אדני תשועתי :

* ואויבי 12. † שונאי 5. ‡ רדפי 45. ‖ יהוה 25.

20 Et qui inimici mei sine causa sunt, roborantur, multiplicantur qui odio habent me immerito. 21 Et reddentes malum pro bono, adversantur mihi; eo quod sequor bonum. 22 Ne derelinquas me, JEHOVA; Deus mi, ne elonges te à me. 23 Festina ad auxilium meum Domine salutis meæ.

PSALM. XXXIX. לט

1 למנצח לידותון מזמור
לדוד :

---

1 Præcentori super Jeduthun, (*Vid. Ps.* lxii. & lxxvii.) Psalmus Davidis.

d. 20. חנם. In Hebr. חיים. et sic quidem legerunt, Gr. οἱ δὲ ἐχθροί μου ζῶσι καὶ κεκραταίωνται. Sed lectionem hanc mendosam esse et legendum חנם loca parallela manifesto ostendunt. Vid. Psal. xxxv. p. 19. et lxix. 5.

2 אמרתי אשמרה דרכי
מחטוא בלשוני
אשמרה לפי מחסום
בעוד רשע לנגדי :
3 נאלמתי דומיה החשיתי
מטוב וכאבי נעכר :
4 חם לבי בקרבי
בהגיגי תבער אש
דברתי בלשוני :
5 הודיעני יהוה קצי
ומדת ימי מה היא
* אדעה מה חדל אני :
6 הנה טפחות נתתה ימי
וחלדי כאין נגדך

* ואדעה 10.

2 Dixi, observabo vias meas, ne peccem linguâ meâ; servabo ori meo capistrum, quandiu impius *fuerit* coram me. 3 Obmutui silentio, tacui à bono, et dolor meus turbatus est. 4 Incaluit cor meum in medio mei; in meditatione mea exarsit ignis, loquutus sum linguâ meâ. 5 Notum fac mihi, JEHOVA, finem meum, et mensuram dierum meorum quæ sit; sciam quàm caducus sum. 6 Ecce palmares posuisti dies meos, et ævum meum tanquam nihil coram te;

אך כל הבל כל אדם ᵃ נצב סלה׃

7 אך בצלם יתהלך איש
אך הבל יהמיון יצבר
ולא ידע מי אספם׃
8 ועתה מה קויתי
* אדני תוחלתי לך היא׃
9 מכל פשעי הצילני
חרפת נבל אל תשמני׃
10 נאלמתי לא אפתח
פי כי אתה עשית׃

* יהוה 54.

profecto omne est vanitas, omnis homo. selah. 7 Profectò in imagine ambulat vir; profectò in vanum tumultuantur; congregat, et nescit quisnam colliget ea. 8 Et nunc quid expecto? Domine, spes mea ad te est. 9 Ab omnibus prævaricationibus meis libera me, opprobrium stulti ne ponas me. 10 Obmutui, et non aperui os meum, quia tu fecisti.

a. 6. אדם. In Hebr. additur נצב quod Gr. reddiderunt ζῶν, ne nihil dicerent. Vox hæc interpretes omnes admodum vexavit; nec equidem miror, neque enim ad sensum nec ad versum pertinet, qui finitur in אדם. Mihi certe נצב videtur esse vox ad musicam spectans, et e margine irrepsisse, quod sæpius accidisse dixi ad Pf. p. 17. Quod ad vim vocis, נצב est *præfectus*. vid. 1 Sam. xix. 20. hic vero opinor illa denotari *præfectum chori*; et eodem sensu נצבה accipe pro præfecta *chori muliebris*, Psal. xlv. p. 10. quod vide. atque hoc modo omnis hujus loci difficultas evanescit. Vid. p. 12. Psal. lxii. p. 10.

11 הסר מעלי נגעך
מתגרת ידך אני כליתי :
12 בתוכחות על עון יסרת
איש ותמס כעש חמודו
אך * הבל כל אדם סלה :
13 שמעה תפלתי יהוה
ושועתי האזינה
אל דמעתי אל תחרש
כי גר אנכי עמך
תושב ככל אבותי :
14 השע ממני ואבליגה
בטרם אלך ואינני :

* כל הבל 2.

11 Remove à me plagam tuam, *Domine*, propter conflictum manus tuæ ego defeci. 12 Increpationibus propter iniquitatem corripis hominem, et liquescere facis, ut tinea, desiderabile ejus; profectò omne est vanitas, omnis homo. Selah. 13 Audi orationem meam, JEHOVA, et clamorem meum auribus percipe; ad lachrymam meam ne surdum te exhibeas; quia peregrinus sum apud te, incola ut omnes patres mei.
14 Cessa à me, et roborabor, antequam abeam, et non sim.

1 למנצח לדוד מזמור׃

2 קוה קויתי יהוה
ויט אלי וישמע שועתי׃
3 ויעלני מבור שאון מטיט היון
ויקם על סלע
רגלי כונן אשרי׃
4 ויתן בפי שיר חדש
תהלה לאלהינו
* יראו רבים † וייראו
ויבטחו ביהוה׃
5 אשרי הגבר אשר שם יהוה
מבטחו ולא פנה
אל רהבים ושטי כזב׃

* ויראו 1. † ויראו 31.

1 Præcentori, Davidis Psalmus. 2 Expectando expectavi Jehovam, et inclinavit se ad me, et audivit clamorem meum; 3 Et ascendere fecit me è cisterna sonitus, è luto cœni, et statuit super petram pedes meos, direxit gressus meos. 4 Posuit in ore meo canticum novum, laudem Deo nostro: *et* videbunt multi, et timebunt, et sperabunt in Jehova. 5 Beatus vir ille qui posuit in Jehova spem suam; nec respexit ad superbos, et deflectentes *ad* mendacium.

6 רבות עשית אתה יהוה
אלהי * נפלאתיך
† ומחשבתיך אלינו
אין ערוך אליך אגידה
ואדברה עצמו מספר :
7 זבח ומנחה לא חפצת
אזנים כרית לי [a]
עולה וחטאה לא שאלת :
8 אז אמרתי הנה באתי
במגלת ספר כתוב עלי [b] :

* נפלאותיך 31. † נמחשבותיך 34.

6 Multa fecisti tu JEHOVA, Deus mi; mirabilia tua, et cogitationes tuas erga nos, nemo est qui ordinare *possit* tibi: *si* annuntiare et eloqui *velim*, plura sunt quàm ut enarrem. 7 Sacrificium et oblationem noluisti, aures perforasti mihi; holocaustum et sacrificium pro peccato non postulasti. 8. *Et* tunc dixi, Ecce venio, ut facerem voluntatem tuam, *Domine*;

a. 7. Gr. *σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι.* Et sic ex illis scriptor Epist. ad Hebr. x. 5. sed ex qua lectione versionem istam confecerint nescio. In hac vero loquutione, *aures perforasti mihi* allusum censent eruditi ad consuetudinem illam, qua servis, qui se in perpetuam servitutem addicebant, auris subula perforaretur, Exod. xxi. 6.

b. 8. Locus hic, prout in Hebr. legitur, obscurus est atque impeditus; nec convenit inter Interpretes quid significetur verbis iis, quos Gr. reddiderunt, *ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται πε*

9 לעשות רצונך אלהי חפצתי
ותורתך בתוך מעי׃
10 בשרתי צדק בקהל רב
הנה שפתי לא אכלא
יהוה אתה ידעת׃
11 צדקתך לא כסיתי
בתוך לבי אמונתך
ותשועתך אמרתי
לא כחדתי חסדך
ואמתך לקהל רב׃

9 Deus mi, in volumine libri scripti pro me complacui; et Lex tua in medio viscerum meorum est.
10 Annuntiavi justitiam in cœtu multo; ecce labia mea non prohibui; Jehova, tu nosti.
11 Justitiam tuam non abscondi in medio cordis mei, veritatem tuam et salutem tuam dixi. Non celavi misericordiam tuam, et veritatem tuam apud cœtum amplum.

ἐν ἐμῶ. Ego quidem a multis annis putavi verborum ordinem in hac periodo turbatum. Versiculos in suum ordinem redigendo locum hunc ex ambiguo et intricato, facilem et dilucidum reddidi, ut cuivis illico patebit conferenti hunc verborum ordinem cum illo qui prius obtinuerat. Jam enim clarum est *Legis librum* intelligi *volumine libri*, et כתוב convenire cum ספר.

12 אתה יהוה לא תכלא
רחמיך ממני חסדך
ואמתך תמיד יצרוני :
13 כי אפפו עלי
רעות עד אין מספר
השיגוני עונתי
ולא יכלתי לראות
עצמו משערות ראשי
ולבי עזבני :
14 רצה יהוה להצילני
יהוה לעזרתי חושה :
15 * יבשו ויחפרו יחד
מבקשי נפשי ᶜ לספותה

* יבושו 14.

12 Tu, JEHOVA, ne prohibeas misericordias tuas à me; misericordia tua et veritas tua semper custodiant me.
13 Nam ingruerunt in me mala, usque adeo ut non sit numerus; comprehenderunt me iniquitates meæ, et non potui videre; multiplicatæ sunt præ capillis capitis mei; et cor meum dereliquit me.
14 Velis JEHOVA eruere me; JEHOVA ad auxilium mei festina.
15 Pudore afficiantur, et erubescant pariter quærentes animam meam;

c. 15 נפשי. Hic versi- culus manifesto finitur;

יסגו אחור ויכלמו
חפצי רעתי׃
16 ישמו על עקב בשתם
האמרים לי האח האח׃
17 ישישו וישמחו
בך כל מבקשיך
* יאמרו תמיד יגדל יהוה
אהבי תשועתך׃
18 ואני עני ואביון
אדני יחשב לי עזרתי
ומפלטי אתה
אלהי אל תאחר׃

* ויאמרו 48.

avertantur retrorsum, et pudefiant volentes malum meum.
16 Revertantur statim in pudore suo qui dicunt mihi
Euge, euge. 17 Gaudeant et lætentur in te omnes
quærentes te: et dicant semper, Magnificetur JEHOVA,
diligentes salutem tuam. 18 Ego autem pauper *sum*
et egenus; Dominus cogitabit de me; auxilium meum,
et liberator meus es, Deus mi, ne tardaveris.

quod sequitur in Hebr. לספותה *ad perdendum eam*, est glossema, quod e margine irrepsit; hoc et metrum clare ostendit, et collatio cum loco parallelo in Psal. lxx.

d. 16 ישובו Sic legitur in Psal. lxx. p. 4. recte, ut sequentia docent.

1 למנצח מזמור לדוד׃

2 אשרי משכיל אל דל ביום
רעה ימלטהו יהוה׃
3 יהוה ישמרהו ויחיהו * ויאשר בארץ
ואל תתנהו בנפש איביו׃
4 יהוה יסעדנו על ערש דוי
כל משכבו הפכת בחליו׃
5 אני אמרתי יהוה חנני
רפאה נפשי כי חטאתי לך׃
6 איבי יאמרו רע לי
מתי ימות ואבד שמו׃
7 ואם בא לראות שוא ידבר
לבו יקבץ און לו

* ואשר 24.

1 Præcentori, Psalmus Davidis. 2 Beatus qui attendit ad tenuem; in die mala liberabit eum JEHOVA. 3 JEHOVA custodiet eum, et vivificabit eum; beatus erit in terra; neque trades eum in animam inimicorum ejus. 4 JEHOVA fulciet eum super lectum languoris: omne cubile ejus vertisti in infirmitate ejus. 5 Ego dixi, JEHOVA, miserere mei, sana animam meam, quia peccavi tibi. 6 Inimici mei dicunt malum de me, Quando morietur, et peribit nomen ejus? 7 Et si veniebat *quispiam* ad visendum, mendacium loquebatur; *et* cor ejus congregabat iniquitatem sibi;

יצא לחוץ ידבר :
8 יחד עלי יתלחשו כל שנאי
עלי יחשבו רעה לי :
9 דבר בליעל יצוק בו
ואשר שכב לא יוסיף לקום :
10 גם איש שלומי אשר בטחתי
בו * אוכל לחמי הגדיל עלי [a] עקב :
11 ואתה יהוה חנני
והקימני ואשלמה להם :
12 בזאת ידעתי כי חפצת בי
כי לא יריע איבי עלי :

* אכל 27.

egrediebatur foras, loquebatur. 8 Simul adversum me murmurabant omnes odio habentes me; adversum me cogitabant malum mihi. 9 *Dicentes*, Res pessima adhæreat ei; et quod decumbit, non resurgat. 10 Etiam vir pacis meæ in quo fidebam, manducans panem meum, magnificavit se adversum me. 11 At tu, Jehova, miserere mei, et resuscita me, et retribuam eis. 12 In hoc cognovi, complacuisti in me, quòd non triumphat inimicus meus super me.

a. 10. עלי. In Heb. sequitur עקב. Et sic legerunt Gr. sed cum reputem הגדיל עלי esse integram loquutionem, et hunc perpetuum esse τοῦ הגדיל in SS. usum, non possum a me impetrare quin hæc mendosa credam, et עקב irrepsisse.

13 ואני בתמי תמכת בי
ותציבני לפניך לעולם׃
14 ברוך ᵇ יהוה אלהי
ישראל מהעולם
ועד העולם אמן
ואמן׃

13 Et ego, in innocentia mea sustentasti me; et statuisti me coram te in perpetuum. 14 Benedictus JEHOVA Deus Israël, à seculo et usque in seculum. Amen, et amen.

ספר שני

PSALM. XLII. מב

1 למנצח משכיל לבני קורח׃

2 כאיל תערג על אפיקי מים
כן נפשי תערג אליך אלהים׃

1 Præcentori, Didacticon, filiis Corah. 2 Quemadmodum cerva clamat ad torrentes aquarum, ita anima mea clamat ad te, Deus.

b. 14. ברוך. Hanc periodum quæ primum Psalmorum librum claudit, cum Muisio aliisque doctissimis interpretibus censeo non profectam esse ab auctoris hujus Psalmi manu, sed ejus esse, qui Psalmos collegit, atque in ordinem digessit.

3 צמאה נפשי לאלהים
לאל חי מתי אבוא
ואראה פני אלהים :
4 היתה לי דמעתי לחם
יומם ולילה באמר אלי
כל היום איה אלהיך :
5 אלה אזכרה ואשפכה
עלי נפשי כי אעבר
בסך *אדדם [a] עד בית
אלהים בקול רנה
ותודה המון חגג :

* אדרם .2

3 Sitivit anima mea ad Deum, ad Deum vivum ;
dicens, Quando veniam, et apparebo *ante* faciem Dei ?
4 Fuit mihi lachryma mea panis die ac nocte, dum di-
cerent mihi omni die, Ubi est Deus tuus ? 5 Ho-
rum recordabar, et effundebam super me animam me-
am ; quum transirem in locum tabernaculi magnifici us-
que ad domum Dei, in voce exultationis et laudis, mul-
titudo tripudians.

a. 5, בסך אדדם. Ad neutrum horum verborum quicquam afferunt Intt. quod cuivis erudito placere possit : utrumque in mendo esse vehementer suspicor, sed quid reponendum sit nescio. *Locus* videtur significari per quem ad ædem dei transeundum erat.

6 מה * תשתוחחי נפשי
ותהמי עלי הוחלי
לאלהים כי עוד אודנו
ישועות פניו :
7 אלהי עלי נפשי † תשתוחח
על כן אזכרך מארץ
ירדן וחרמונים [b] מהר מצער :
8 תהום אל תהום קורא לקול
צנוריך כל משבריך
וגליך עלי עברו :

* תשתחחי 14. † תשתחח 7.

6 Cur dejicis te, anima mea? et *cur* conturbas me? spera in deo, quia adhuc celebrabo illum, salutem vultus ejus. 7 Deus mi, in me anima mea dejecta est; propterea quòd recordor tui de terra Jarden, et Hermon, de monte parvo. 8 Abyssus abyssum vocat ad sonitum fistularum tuarum; omnes undæ tuæ et fluctus tui super me transierunt.

b. 7. חרמונ. Non in *plurali* occurrit; in *singulari* vero notum montis nomen est, et hic montem memorari sequentia ostendunt.

9 יומם יצוה יהוה חסדו
ובלילה שירה ·
עמי תפלה לאל חיי :
10 אומרה לאל סלעי
למה שכחתני למה קדר
אלך בלחץ אויב :
11 * ברצח בעצמותי
חרפוני צוררי באמרם אלי
כל היום איה אלהיך :
12 מה † תשתוחחי נפשי
ומה תהמי עלי הוחילי
לאלהים כי עוד אודנו
ישועות פני ואלהי :

* כרצח 4. † תשתחחי, 11.

9 Interdiu præcipiet JEHOVA, misericordiam suam, et nocte cantabo; apud me oratio Deo vitæ meæ. 10 Dicam Deo, petra mea *es tu*, quare oblitus es mei? quare pullatus incedo propter oppressionem inimici? 11 *Quasi* gladius in ossibus meis, *probra* sunt *quibus* afficiunt me inimici mei, cum dicunt ipsi ad me omni die, Ubi est Deus tuus? 12 Cur dejecta es, anima mea? et cur conturbas me? spera in Deo, quia adhuc celebrabo illum, salutem vultus mei, et Deum meum.

v. 9. שירה. ubi ה volunt esse pro ו *canticum ejus*, sc. *dei*. Mira sane loquutio; sed metrum clare ostendit excidisse א, et legendum אשירה, et ibi distinguendum.

1 שפטני אלהים וריבה
ריבי מגוי לא חסיד
מאיש מרמה ועולה תפלטני׃
2 כי אתה אלהי מעוזי
למה זנחתני למה קדר
אתהלך בלחץ אויב׃
3 שלח אורך ואמתך
המה ינחוני
יביאוני אל הר קדשך
ואל משכנותיך׃
4 ואבואה אל מזבח אלהים
אל אל שמחת גילי ואודך
בכנור אלהים אלהי׃

1 Judica me, Deus, et litiga cum litigatoribus meis; à gente non misericorde, à viro doli et iniquitatis eripe me. 2 Quia tu Deus fortitudo mea, quare repulisti me? quare pullatus incedo propter oppressionem inimici? 3 Emitte lucem tuam et veritatem tuam; ipsæ deducent me, *ipsa* introducent me ad montem sanctitatis tuæ, et ad tabernacula tua. 4 Et introibo ad altare Dei, Dei lætitiæ exultationis meæ, et celebrabo te in cithara, Deus, Deus mi.

5 מַה * תשתוחחי נפשי
ומה תהמי עלי הוחלי
לאלהים כי עוד אודנו
ישועות פני ואלהי :

* תשתוחחי 12.

5 Cur dejecta es anima mea? et cur conturbas me? spera in Deo, quoniam adhuc celebrabo salutem vultus mei, et Deum meum.

PSALM. XLIV. כד

1 למנצח לבני קרח משכיל :

2 אלהים באזנינו
שמענו אבותינו
ספרו לנו פעל
פעלת בימיהם • בימי קדם :
3 אתה ידך גוים
הורשת ותטעם
תרע לאמים ותשלחם :

Præcentori, filiis Corah, Didacticon. 2 Deus, auribus nostris audivimus, patres nostri narraverunt nobis opus *quod* operatus es in diebus pristinis. 3 Tu, manu tuâ Gentes expulisti, et plantasti eas; afflixisti populos, et emisisti eos.

a. 2. In Hebr. præit בימיהם sed respuit versus, nec agnoscunt Gr.

4 כי לא בחרבם ירשו ארץ
זרועם לא הושיעה למו
כי ימינך זרועך
ואור פניך כי רציתם :
5 אתה הוא מלכי אלהים[b]
צוה ישועות יעקב :
6 . בך צרינו ננגח
בשמך נבוס קמינו :
7 כי לא בקשתי אבטח
וחרבי לא תושיעני :
8 כי הושעתנו מצרינו
ומשנאינו הבישות :
9 באלהים הללנו

4 Quia non gladio suo possederunt terram, et brachium eorum non salvavit eos: sed dextera tua, et brachium tuum, et lux vultus tui, quia acceptos habueras ipsos. 5 Tu ipse *es*, rex meus, *et* Deus *meus*, præcipiens salutes Jacob. 6 In te hostes nostros cornupetemus; in nomine tuo conculcabimus inimicos nostros. 7 Quia non in arcu meo sperabo, gladius meus non servabit me. 8 Quia servabis nos ab hostibus nostris, et odio habentes nos pudore afficies. 9 In Deo gloriabimur

b. 5. ואלהי. Sic legerunt Gr. ὁ βασιλεύς μου, καὶ ὁ Θεός μου, ὁ ἐντελλόμενος. מלכי ואלהי frequens loquutio. Vid. Ps. v. v. 4. et lxxxiv. v. 9.

כל היום ושמך לעולם נודה סלה :

10 אף זנחת ותכלימנו
ולא תצא בצבאותינו :
11 תשיבנו אחור מני צר
ומשנאינו שסו למו :
12 תתננו כצאן מאכל
ובגוים זריתנו :
13 * תמכר עמך בלא הון
ולא רבית במחיריהם :
14 תשימנו חרפה לשכנינו
לעג וקלס לסביבותינו :
15 תשימנו משל בגוים
מנוד ראש בלאמים :

* תמכור 19.

omni die; et nomen tuum in seculum celebrabimus. Selah.
10 Etiam repulisti, et erubescere fecisti nos; et non egrederis cum exercitibus nostris.
11 Reverti fecisti nos retrorsum ab hoste; et odio habentes nos diripuerunt sibi *nostras opes*.
12 Posuisti nos ut pecudes cibi; et in Gentes dispersisti nos.
13 Vendidisti populum tuum nullis divitiis, neque multiplicasti *rem tuam* pretiis eorum.
14 Posuisti nos opprobium vicinis nostris, subsannationem et derisionem his qui sunt in circuitibus nostris.
15 Posuisti nos proverbium in Gentibus; commotionem capitis in populis.

16 כל היום כלמתי נגדי
ובשת פני † כסתני :
17 מקול מחרף ומגדף
מפני אויב ומתנקם :
18 כל זאת באתנו ׳ ולא שכחנוך
ולא שקרנו בבריתך :
19 לא נסוג אחור לבנו
ותט אשרנו מני ארחך :
20 כי דכיתנו במקום תנים
ותכס עלינו בצלמות :
21 אם שכחנו שם אלהינו
ונפרש כפינו לאל זר :

* כסיתני ו.

16 Omni die verecundia mea coram me *est*, et pudor faciei meæ operit me. 17 Propter vocem probra jacientis, et contumeliis afficientis; propter inimicum et ulciscentem se. 18 Totum hoc venit nobis; nec *tamen* obliti sumus tui, nec inique egimus in pacto tuo. 19 Non recessit retrorsum cor nostrum; aut declinavit gressus noster de semita tua. 20 Quum contrivisti nos in loco draconum, et operuisti nos umbrâ mortis. 21 Si obliti essemus nominis Dei nostri, et expandissemus palmas noſtras ad deum alienum;

c. 18. Cum affix. mutatur ה in ת.

22 הלא אלהים יחקר זאת
כי הוא ידע תעלמות לב׃
23 כי עליך * הורגנו כל היום
נחשבנו כצאן טבחה׃
24 עורה למה תישן † אדני
הקיצה אל תזנח לנצח׃
25 למה פניך תסתיר
תשכח ענינו ולחצנו׃
26 כי שחה לעפר נפשנו
דבקה לארץ בטננו׃
27 קומה עזרתה לנו
ופדנו למען חסדך׃

* הרגנו 26. † יהוה 29.

22 Nonne Deus exquireret hoc ? quia ipse novit abscondita cordis. 23 Imo propter te occidimur omni die ; æstimati sumus ut pecudes occisionis. 24 Exurge, quare dormis, Domine ? expergiscere, ne repellas in seculum. 25 Quare faciem tuam abscondis ? oblivisceris afflictionis nostræ et oppressionis nostræ ? 26 Quia depressa est ad pulverem anima nostra ; adhæsit terræ venter noster. 27 Surge auxilium nobis, et redime nos propter misericordiam tuam.

1 למנצח על ששנים לבני .
קרח משכיל שיר ידידת :*

2 רחש לבי דבר טוב
* אמר אני מעשי למלך
לשוני עט [b] סופר מהיר :
3 יפיפית מבני אדם
הוצק חן בשפתותיך
על כן ברכך אלהים לעולם :

* אומר 14.

Præcentori super Sosannim, filiis Corah, Didacticon:
canticum amorum. 2 Eructat cor meum verbum
bonum; dico ego opera mea Regi; lingua mea *ut* sty-
lus scribæ eruditi. 3 Pulcher es præ filiis hominum,
diffusa eſt gratia in labiis tuis; propterea quod benedix-
it tibi Deus.

a. 1. Carmen hoc manifesto sit Epithalamium, quo, sensu primo et grammatico, nuptiæ Solomonis celebrantur; sed cum plura in eo sint quæ minus apte in illum quadrant, non Christiani modo, sed Interpres etiam Chald. et multi e Rabbinis censuerunt hic de Messia quoque agi, et Solomonem ut ejus typum spectandum esse in his pariter ac in aliis SS. locis, in quibus non in Solomone sistendum, sed ab illo ad Messiam sublimiore sensu eo ducente progrediendum.

b. 2. עט. כ. Necessario subintelligitur.

4 חגור חרבך על ירך · גבור
הודך והדרך :
5 והדרך · צלח רכב על דבר
אמת וענוה צדק
ותורך נוראות ימינך :
6 חציך שנונים
עמים תחתיך יפלו
בלב איבי המלך :
7 כסאך אלהים עולם ועד
שבט מישור שבט מלכותך :
8 אהבת צדק ותשנא רשע
על כן משחך אלהים אל
היך שמן ששון מחבריך :

4 Accinge te gladio tuo super femur *tuum*, ô potens : gloria tua et decus tuum *in seculum*. 5 Prosperè age, equita propter veritatem, justitiam et mansuetudinem ; et docebit te terribilia dextera tua. 6 Sagittæ tuæ acutæ, *o potens* ; populi sub te cadent. In medio inimicorum regis *stabilivit* 7 Solium tuum, Deus, in seculum et perpetuum ; virga æquitatis *est* virga regni tui. 8 Diligis justitiam, et odio habes impietatem : propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo gaudii præ consortibus tuis.

c. 4. In Hebr. ירך ; duobus sc. ך concurrentibus posterius excidit.

d. 5. Manifestissimum est vocem hanc nihil esse nisi mendosam repetitionem vocis præcedentis.

9 מר ואהלות קציעות
כל * בגדתיך
מן היכלי שן מני שמחוך :
10 בנות מלכים ביקרותיך
נצבה שגל לימינך בכתם אופיר :
11 שמעי בת וראי והטי
אזנך ושכחי עמך
ובית אביך :
12 ויתאו המלך יפיך כי
הוא אדניך והשתחוי לו :
13 ובת צר במנחה
פניך יחלו עשירי עם :

* בגדותיך 58.

9 Myrrha, et aloë, *et* casia *ex* omnibus vestimentis tuis, e palatiis eburneis lætificant te. 10 Filiæ regum inter honorabiles tuas; conjunx ad dexteram tuam in auro Ophir. 11 Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam; et obliviscere populi tui et domus patris tui; 12 et concupiscet Rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus tuus. Et incurva te ei 13 filia Tyri cum munere; vultum tuum deprecabuntur divites populi,

e. 9. מני. In Hebr. hæc particula ponitur ante שמחוך. In locum eam suum jam restitui, res ipsa loquitur, ut nullis argumentis opus sit.

f. 10. נצבה. Ex margine arbitror irrepsisse, et denotare *feminei chori præfectam*, ut dixi ad Psal. xxxix. v. 29.

g. 13. Sensus pariter ac

14 כל כבודה בת מלך
פנימה ממשבצות זהב לבושה׃
15 לרקמות תובל למלך
בתולות אחריה
רעותיה מובאות לך׃
16 תובלנה * בשמחת וגיל
תבאינה בהיכל מלך׃
17 תחת † אבתיך יהיו בניך
תשיתמו לשרים בכל הארץ׃
18 [b] אזכירה שמך
בכל דר ודר על כן עמים ·
יהודוך ‡ לעלם ועד׃

* בשמחות 70. † אבותיך 23. ‡ לעולם 70.

14 Tota gloriosa *est* filia Regis intrinsecus; ex vestibus ocellatis auro indumentum ejus. 15 Vestibus Phrygionicis adducetur Regi; virgines post eam, *et* proximæ ejus adductæ; tibi 16 adducentur cum lætitiis et exultatione; ingredientur palatium Regis. 17 Pro patribus tuis erunt filii tui; constitues eos principes in universa terra. 18 Propterea memorabo nomen tuum in omni generatione et generatione; populi in seculum et perpetuum celebrabunt te.

versus respuit copulam, quæ ex ו præcedente videtur nata.

b. 18, על כן. Quod in Hebr. ponitur ante עמים, in hanc sedem restituendum esse, orationis nexus et totius periodi sententia manifesto docent. Vid. Psal. xviii. p. 50.

1 למנצח לבני קרח על
עלמות שיר :

---

2 אלהים לנו מחסה ועז
עזרה בצרות נמצא מאד :
3 על כן לא נירא בהמיר ארץ
ובמוט הרים בלב ימים :
4 יהמו יחמרו מימיו
ירעשו הרים בגאותו סלה :
5 נהר פלגיו ישמחו עיר אלהים
קדש משכני עליון :
6 אלהים בקרבה בל תמוט
יעזרה אלהים לפנות בקר :
7 המו גוים מטו ממלכות

1 Præcentori, filiis Corah, super Alamoth, canticum. 2 Deus nobis protectio et fortitudo; auxilium in angustiis inventus abundè. 3 Propterea non timebimus in mutando terram; et in motando montes in cor maris. 4 Fremant, turbentur aquæ ejus; contremiscant montes propter elationem ejus. Selah. 5 Fluvius rivis ejus exhilarabit civitatem Dei; sanctum habitaculorum Altissimi. 6 Deus in medio ejus, non commovebitur; auxilium ei Deus appetente mane. 7 Infremuerunt Gentes, nutaverunt regna;

נתן בקולו תמוג ארץ :
8 יהוה צבאות עמנו
משגב לנו אלהי יעקב סלה :
9 לכו חזו מפעלות יהוה
אשר שם שמות בארץ :
10 משבית מלחמות עד קצה הארץ
קשת ישבר וקצץ חנית
עגלות ישרף באש :
11 הרפו ודעו כי אנכי אלהים
ארום בגוים ארום בארץ :
12 יהוה צבאות עמנו
משגב לנו אלהי יעקב סלה :

dedit vocem suam, defluxit terra. 8 JEHOVA exer-
cituum nobiscum ; arx edita nobis Deus Jacob. Selah.
9 Venite, *et* videte opera JEHOVÆ, qui posuit solitudi-
nes in terra. 10 Cessare fecit bella usque ad extre-
mum terræ, arcum contrivit, et concidit hastam, currus
combussit igni. 11 Cessate, *ait*, et scitote, quòd
ego *sum* Deus ; exaltabor in Gentibus, exaltabor in ter-
ra. 12 JEHOVA exercituum nobiscum ; arx edita
nobis Deus Jacob. Selah.

1 למנצח לבני קרח
מזמור ׃

2 כל העמים תקעו כף
הריעו לאלהים בקול רנה ׃
3 כי יהוה עליון נורא מלך
גדול על כל הארץ ׃
4 ידבר עמים תחתינו
ולאמים תחת רגלינו ׃
5 יבחר לנו את נחלתנו
את גאון יעקב אשר אהב סלה ׃
6 עלה * אלהים בתרועה
יהוה בקול שופר ׃
7 זמרו אלהים זמרו
זמרו למלכנו זמרו ׃

* לאלהים 7.

1 Præcentori, filiis Corah, Psalmus. 2 Omnes populi plaudite manu; jubilate Deo in voce exultationis. 3 Quoniam JEHOVA excelsus terribilis, rex maguus super omnem terram. 4 Subjecit populos subtus nos, et nationes subtus pedes nostros. 5 Selegit nobis hæreditatem nostram, gloriam Jacob quem dilexit. Selah. 6 Ascendit Deus cum jubilo; *et* JEHOVA, cum voce tubæ. 7 Cantate Deo, cantate Regi nostro. Cantate,

8 כי מלך כל הארץ
אלהים זמרו משכיל :
9 מלך אלהים על גוים
אלהים ישב על כסא קדשו :
10 נדיבי עמים נאספו
עם אלהי אברהם
כי לאלהים מגני *
ᵃ ארץ מאד נעלה :

* על כל 48.

8 quoniam rex universæ terræ Deus, canite intelligenter. 9 Regnat Deus super Gentes ; Deus sedet super thronum sanctum suum. 10 Principes populorum congregati sunt, *cum* populo Dei Abrahami : quoniam Deus scutum nostrum, super omnem terram vehementer elevatus est.

PSALM. XLVIII. מח

1 שיר מזמור לבני קרח :

---

2 גדול יהוה ומהלל מאד
בעיר אלהינו הר קדשו :

1 Canticum Psalmi filiis Corah. 2 Magnus JEHOVA, et laudandus valdè in civitate Dei nostri, monte sancto ejus.

a. 10. על כל. Certissi- mum ex sensu est, opinor,

3 יפה נוף משוש כל הארץ
הר ציון ירכתי
צפון קרית מלך רב׃
4 אלהים בארמנותיה
נודע למשגב׃
5 כי הנה המלכים
נועדו עברו יחדו׃
6 המה ראו כן תמהו
נבהלו נחפזו׃
7 רעדה אחזתם
שם חיל כיולדה׃
8 ברוח קדים תשבר
אניות תרשיש׃

3 Pulcher termino, gaudium universæ terræ mons Sijon; *in* lateribus Aquilonis civitas Regis magni. 4 Deus in palatiis ejus, agnitus est in arcem *nobis*. 5 Quoniam ecce reges congregati sunt, *et* transierunt pariter. 6 Ipsi, *ut* viderunt, sic admirati sunt; territi sunt, *et* trepidarunt. 7 Tremor apprehendit eos ibi, *et* dolor, tanquam parturientis. 8 Vento Orientali conteris *tu* naves Tharsis.

hæc verba excidisse, quæ etiam ad explendum versum necessaria sunt. Et pro ארץ legendum הארץ. Vid. Psal. lxxxiii. p. 19. xcvii. 9.

9 כאשר שמענו כן ראינו
בעיר יהוה צבאות
בעיר אלהינו אלהים
יכוננה עד עולם סלה׃
10 דמינו אלהים חסדך
בקרב היכלך׃
11 כשמך אלהים כן תהלתך
על קצוי ארץ
צדק מלאה ימינך׃
12 [b]ישמח הר ציון
תגלנה בנות יהודה
למען משפטיך׃
13 סבו ציון והקיפוה
ספרו מגדליה׃

9 Sicut audivimus, ita vidimus in civitate JEHOVÆ exercituum, in civitate Dei nostri; Deus firmabit eam usque in seculum. Selah. 10 Expectavimus, Deus, misericordiam tuam, in medio templi tui. 11 Secundum nomen tuum Deus, sic, laus tua usque ad fines terræ; justitiâ plena est dextera tua. 12 *Audivit et* lætatus est mons Sijon, exultaverunt filiæ Jehudah, propter judicia tua, *JEHOVA*. 13 Circumdate Sijon, et circuite eam; numerate turres ejus.

b 12. שמע וישמח. Nemo, opinor, dubitaverit quin שמע hic exciderit, qui periodum hanc contulerit cum Psal. xcvii. p. 8. ubi omnia verba fere eadem.

14 שיתו לבכם לחילה
פסגו ארמנותיה
למען תספרו לדור אחרון :
15 כי זה אלהים אלהינו
עולם ועד הוא ינהגנו ·
על מות :

14 Ponite cor vestrum ad antemurale ejus, *et* aspicite palatia ejus, ut enarretis generationi posteræ. 15 Quoniam iste Deus, Deus noster ; in seculum et perpetuò ipse deducet nos.

PSALM. XLIX. מט

1 למנצח לבני קרח
מזמור :

2 שמעו זאת כל העמים
האזינו כל * ישבי חלד :

* יושבי 15.

1 Præcentori, filiis Corah, Psalmus. 2 Audite hoc, omnes populi ; auscultate, omnes habitatores orbis.

c. 15. In Hebr, sequitur על מות. Metrum indicat hæc esse extra versum. Et sane sententia clare, satis idem ostendit. Post enim עולם ועד, quæ voces maxime æternitatem vel longissimam durationem denotant, perquam frigidum est ἐκ παραλλήλου poni, *usque ad mortem*.

3 גם בני אדם גם בני איש
יחד עשיר ואביון :
4 פי ידבר חכמות
והגות לבי תבונות :
5 אטה למשל אזני
אפתח בכנור חידתי :
6 למה אירא בימי רע
עון עקבי * יסבני :
7 † הבטחים על חילם
וברב עשרם יתהללו :
8 אח לא פדה יפדה איש
לא יתן לאלהים כפרו :
9 ויקר פדיון נפשם

* יסובני 49. † הבוטחים 16.

3 Etiam *vos* filii hominum, etiam *vos* filii viri ; pa-
riter dives et pauper. 4 Os meum loquetur sapien-
tiam ; et meditatio cordis mei intelligentiam. 5 In-
clinabo ad parabolam aurem meam ; aperiam in citha-
ra ænigma meum. 6 Cur timebo in diebus malis,
quum iniquitas *insidiantium* mihi circumdabit me ?
7 Qui fidunt opibus suis, et in multitudine divitiarum
suarum gloriantur ; 8 Fratrem non redimendo re-
dimet quisquam, non dabit Deo pretium redemptionis
ejus. 9 Nam pretiosa est redemptio animæ ipsorum,

וחדל[a] לעולם :
10 ויחי עוד לנצח
לא יראה השחת :
11 כי יראה חכמים ימותו יחד
כסיל ובער יאבדו
ועזבו לאחרים חילם :
12 קרבם בתימו לעולם
* משכנתם לדר ודר
קראו בשמותם עלי אדמות
13 ואדם ביקר בל ילין
נמשל כבהמות נדמו :
14 זה דרכם כסל למו
ואחריהם בפיהם ירצו סלה :

* משכנותם 58.

et defecerunt in seculum. 10 *Quis* vivet ultrà in seculum,
nec videbit interitum? 11 Quia viderit *ut* sapientes
moriantur simul, sicut stultus et insipiens, pereunt, et
relinquunt alienis divitias suas. 12 Intimum eorum
est hoc, domos suas in seculum *fore*, *et* tabernacula sua in
generationem et generationem: vocaverunt nominibus
suis terras. 13 At homo in honore non permanebit;
similis est jumentis *quæ* intereunt. 14 Hæc via eo-
rum, stultitia ipsis; et posteri eorum verba eorum pro-
bant. Selah.

a. 9. Et sensus et versus *plurale* poscunt.

15 כצאן לשאול שתו
מות ירעם וירדו
בם ישרים לבקר * וצירם
לבלות שאול מזבל לו :
16 אך אלהים יפדה נפשי
מיד שאול כי יקחני סלה :
17 אל תירא כי יעשר איש
כי ירבה כבוד ביתו :
18 כי לא במותו יקח הכל
לא ירד אחריו כבודו :
19 כי נפשו בחייו יברך
† ויודך כי ‡ תיטיב לך :

* וצורם 48. † ויודוך 26. ‡ תטיב 30.

15 Sicut pecora in inferno ponuntur, mors depascet eos; et dominabuntur iis justi in matutino; et figura eorum veterascet; fovea habitaculum iis. 16 Verùm Deus redimet animam meam de potestate inferni, quum ceperit me. Selah. 17 Ne timueris quum ditatus fuerit homo, quum multiplicata fuerit gloria domus ejus. 18 Nam non in morte sua accipiet quicquam; neque descendet post eum gloria ejus. 19 Animæ suæ in vita suæ benedicet; et laudabunt te quum benefeceris tibi.

20 תבא ׳עד דור אבותיו
עד נצח לא יראו אור ׃
21 אדם ביקר ולא יבין
נמשל כבהמות נדמו ׃

20 Introibit usque in progeniem patrum suorum, in æternum non videbunt lumen. 21 At homo in honore et non permanebit; similis est jumentis *quæ* intereunt.

PSALM. L. נ

מזמור לאסף ׃
1 אל אלהים
יהוה דבר ויקרא ארץ
ממזרח שמש עד מבאו
2 מציון מכלל יפי אלהים הופיע ׃

Psalmus Asaph. In Deum. 1 Jehova loquutus est, et vocavit terram, ab ortu Solis, usque ad occasum ejus. 2 Ex Sion, perfectione decoris, splenduit Deus.

b. 20. תבא. Mira hic personarum confusio nisi legendum sit יבא.

3 יבא אלהינו ואל
יחרש אש לפניו תאכל
וסביביו * נשערה מאד :
4 יקרא אל השמים מעל
ואל הארץ לדין עמו :
5 אספו לי חסידי כרתי
בריתי עלי זבח :
6 ויגידו שמים צדקו
כי אלהים שפט הוא סלה :
7 שמעה עמי ואדברה
ישראל ואעידה בך
אלהים אלהיך אנכי :
8 לא על זבחיך אוכיחך
ועולתיך לנגדי תמיד :

* נסערה 33.

3 Veniet Deus noster, et non silebit ; ignis coram
eo vorabit, et in circuitu ejus excitatur tempestas vehe-
menter. 4 Vocabit ad cœlos desuper, et ad terram,
ad judicandum populum suum. 5 Congregate mi-
hi sanctos meos, pangentes pactum meeum super sacri-
ficio. 6 Et annuntiaverunt cœli justitiam ejus ; quo-
niam Deus judex est. Selah. 7 Audi, popule mi,
et loquar ; Israël, et contestabor tibi : Deus, Deus tu-
us ego *sum*. 8 Non super sacrificia tua arguam te,
nam holocausta tua coram me *sunt* semper.

9 לא אקח מביתך פר׳
* ממכלאתיך עתודים :
10 כי לי כל חיתו יער
בהמות בהררי אלף :
11 ידעתי כל עוף הרים
וזיז שדי עמדי :
12 אם ארעב לא † אמר לך
כי לי תבל ומלאה :
13 האוכל בשר אבירים
ודם עתודים אשתה :
14 זבח לאלהים תודה
ושלם לעליון נדריך :

* ממכלאותיך 35. † אומר 27.

9 Non accipiam è domo tua juvencas, *nec* de septis tuis hircos. 10 Quoniam mea est omnis bestia sylvæ, *mihi* animalia in montibus mille. 11 Novi omne volatile montium, et fera agri mecum *est*. 12 Si esuriero, non dicam tibi ; meus est orbis et plenitudo ejus. 13 Nunquid comedam carnem taurorum, et sanguinem hircorum bibam ? 14 Immola Deo laudem, et redde Altissimo vota tua.

a. 9. פר. Terminatio ים manifesto errore hic excidit in Hebr. ut sæpe alias. Gr. τὺς μόσχους.

15 וקראני ביום צרה
אחלצך ותכבדני׃
16 ולרשע אמר אלהים
מה לך לספר חקי
ותשא בריתי עלי פיך׃
17 ואתה שנאת מוסר
ותשלך דברי אחריך׃
18 אם ראית גנב ותרץ עמו
ועם מנאפים חלקך׃
19 פיך שלחת ברעה
ולשונך תצמיד מרמה׃
20 תשב באחיך תדבר
בבן אמך תתן דפי׃

15 Et invoca me in die angustiæ; eruam te, et honorificabis me. 16 Impio autem dixit Deus; Quid tibi ut enarres statuta mea, et assumas pactum meum in os tuum? 17 Tu verò odisti disciplinam, et projecisti verba mea post te. 18 Si vides furem, consentis cum eo; et cum adulteris portio tua est. 19 Os tuum mittis in malum, et lingua tua concinnat dolum. 20 Sedes, contra fratrem tuum loqueris; contra filium matris tuæ das probrum.

21 אלה עשית והחרשתי
דמית היות אהיה
כמוך אוכיחך
ואערכה לעיניך :
22 בינו נא זאת שכחי אלוה
פן * אטרף ואין מציל :
23 † זכח[b] תודה
יכבדנני[c] ושם דרך
אראנו בישע אלהים :

* אטרוף 16. † זובח 19.

21 Hæc fecisti, et tacui; existimasti, *quòd* futurus sum sicut tu; arguam te, et adversabor in oculis tuis. 22 Intelligite quæso hoc, obliviscentes Dei, ne forte rapiam, et non sit eripiens. 23 Qui sacrificat sacrificium laudis honorificabit me; et integrum via, faciam videre salutem Dei.

PSALM. LI. נא

1 למנצח מזמור לדוד
2 בבוא אליו נתן הנביא

1 Præcentori, Psalmus Davidis, 2 quando venit ad eum Nathan propheta,

b. 23. לי זבח. Sententia pariter ac versus hæc inseri postulant. Vid. Psal. iv. p. 6. cvii. 22. cxvi. 17.

c. 23. יכבדנני, Cum נ epenthetico.

כאשר בא אל בת שבע :

3 חנני אלהים כחסדך
כרב רחמיך מחה פשעי :
4 הרבה כבסני מעוני
ומחטאתי טהרני :
5 כי פשעי אני אדע
וחטאתי נגדי תמיד :
6 לך לבדך חטאתי
והרע בעיניך
עשיתי למען תצדק
בדברך תזכה בשפטך :
7 הן * בעוון חוללתי
ובחטא יחמתני אמי :

* בעונ 43.

posteaquam intraverat ad Bathseba. 3 Miserere mei, Deus, secundùm misericordiam tuam; secundùm multitudinem miserationum tuarum dele prævaricationes meas. 4 Multum lava me ab iniquitate mea, et à peccato meo munda me. 5 Quoniam prevaricationes meas ego agnosco, et peccatum meum coram me *est* semper. 6 Tibi, tibi soli peccavi, et malum in oculis tuis feci; ut justificeris dum loqueris, *et* sis purus dum judicas. 7 Ecce in iniquitate genitus sum, et in peccato concepit me mater mea.

8 הן אמת חפצת בטחות
ובסתם חכמה תודיעני׃
9 תחטאני באזוב ואטהר
תכבסני ומשלג אלבין׃
10 תשמיעני ששון ושמחה
תגלנה עצמות דכית׃
11 הסתר פניך מחטאי
וכל * עונתי מחה׃
12 לב טהור ברא לי אלהים
ורוח נכון חדש בקרבי׃
13 אל תשליכני מלפניך
ורוח קדשך אל תקח ממני׃
14 השיבה לי ששון ישעך
ורוח נדיבה תסמכני׃

* עונותי ק׳ 40.

8 Ecce veritatem voluisti in renibus meis, et in occulto sapientiam scire fecisti me. 9 Purificabis me hyssopo, et mundabor: lavabis me, et præ nive dealbabor. 10 Audire fac me gaudium et lætitiam, *et* exultent ossa *quæ* contrivisti. 11 Absconde faciem tuam à peccato meo, et omnes iniquitates meas dele. 12 Cor mundum crea mihi Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis. 13 Ne projicias me à facie tua, et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. 14 Redde mihi gaudium salutis tuæ, et spiritus alacer confirmet me.

15 אלמדה פשעים דרכך
וחטאים אליך ישובו :
16 הצילני מדמים אלהים
אלהי[a] תשועתי
תרנן לשוני צדקתך :
17 * אדני שפתי תפתח
ופי יגיד תהלתך :
18 כי לא תחפוץ זבח
ואתנה עולה לא תרצה :
19 זבחי אלהים רוח נשברה
לב נשבר ונדכה[b] אלהים לא תבזה :

* יהוה .13

15 Docebo prævaricatores vias tuas, et peccatores ad te convertentur. 16 Libera me de sanguinibus, Deus salutis meæ ; *et* prædicabit lingua mea justitiam tuam. 17 Domine labia mea aperi, et os meum annuntiabit laudem tuam. 28 Quoniam non vis sacrificium, et dedissem ; holocausto non delectaris. 19 Sacrificia Dei spiritus contritus ; cor contritum et confractum non despicies.

a. 16. אלהי. In Hebr. præit אלהים. Sed errore librarii irrepsisse versus indicat. Vid. Psal. xxvii. p. 9. et xxxviii. 23.

b. 19. In Hebr. sequitur אלהים. quod ad periodum sequentem pertinet.

20 * היטיבה ברצונך את ציון
תבנה חומות ירושלם :
21 אז † תחפץ זבחי צדק
עולה וכליל אז
יעלו על מזבחך פרים :

* הטיבה 63. † תחפוץ 20.

20 Benefac in voluntate tua Sioni, Deus, ædifica muros Jerusalem. 21 Tunc acceptabis sacrificia justitiæ, holocaustum et oblationem; tunc *justi* offerent super altare tuum vitulos.

PSALM. LII. נב

1 למנצח משכיל לדוד
2 בבוא דואג האדמי ויגד
לשאול ויאמר לו
בא דוד אל בית אחימלך :
3 מה תתהלל ברעה
הגבור חסד אל כל היום :

Præcentori, Didacticon, Davidis, 2 quum venisset Doëg Edomæus, et nunciasset Sauli, et dixisset ei; Venit David in domum Achimelech, 3 Cur gloriaris de malitia, ô potens? misericordia Dei omni die.

4 הוות * תחשב לשונך ·
כתער מלטש † עשה רמיה :
5 אהבת רע מטוב
שקר מדבר צדק סלה :
6 אהבת כל דברי בלע [b]
לשון [c] מרמה :
7 גם אל יתצך לנצח
יחתך ויסחך מאהל

* תחשוב 7. † עושה 4.

4 Pravitates cogitas lingua tua, sicut novacula acuta, faciens dolum. 5 Diligis malum præ bono, mendacium magis quam loqui justitiam. Selah. 6 Diligis omnia verba iniqua, linguam eloquentem dolum. 7 Etiam Deus destruet te in æternum: tollet te, et evellet te e tabernaculo,

a. 4. ב in Hebr. excidit, quod alterum ב præcessit; atque hanc correctionem constructio pariter ac metrum certam reddit, cum alias desit *substantivum*, quocum עשה conveniat.

b. 6. In Hebr. בלע. (et sic Gr. ῥήματα καταποντισμοῦ, quæ mihi videntur absurdissima) proclivi errore pro בליעל, omisso י, et ל a fine excidente quod sequens vox ab eadem litera incipiat. דברי בליעל sunt verba *nociva* et improba; ut דבר בליעל, Psal. xli. p. 9. quod Gr. verterunt λόγον παράνομον.

c. 6. דברה. Et sensus et versus postulant hanc vocem inseri, et sic hæc periodus pulchre convenit cum proxime præcedente. Vid. Psal. xii. v. 6.

ושרשך מארץ חיים סלה׃
8 ויראו צדיקים * וייראו
ועליו ישחקו׃
9 [d] הנה הגבר
לא ישים אלהים מעזו
ויבטח ברב עשרו יעז בהותו׃
10 ואני כזית רענן
בבית אלהים בטחתי
בחסד אלהים עולם ועד׃
11 אודך לעולם כי
עשית ואקוה שמך
כי טוב נגד † חסידיך׃

* ויראו 18. † חסידך 17.

et eradicabit te è terra viventium. Selah. 8 Et
videbunt, et timebunt justi et super eum ridebunt.
9 Et dicent, Ecce vir *qui* non posuit Deum fortitudi-
nem suam ; sed fidit multitudini divitiarum suarum, et
roboratus est in pravitate sua. 10 Ego autem *ero*
sicut olea viridis in domo Dei, speravi in misericordia
Dei *in* seculum et seculum. 11 Celebrabo te in se-
culum, quoniam fecisti ; et expectabo nomen tuum,
quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

d. 9. ויאמרו. Hoc quoque excidisse ex sensu pariter ac metro constat, sed Gr. versio conservavit. *καὶ ἐροῦσιν*.

1 למנצח על מחלת
משכיל לדוד׃

---

2 אמר נבל בלבו אין אלהים
השחיתו והתעיבו
עול אין * עשה טוב׃
3 אלהים משמים השקיף
על בני אדם לראות
היש משכיל † דרש את אלהים׃
4 כלו סג יחדו נאלחו
אין ‡ עשה טוב אין גם אחד׃
5 הלא ידעו || פעלי און

* עושה 7. † דורש 10. ‡ עושה 3. || פועלי 5.

1 Præcentori super Mahalath, Didacticon, Davidis.
2 Dixit stultus in corde suo, Non *est* Deus; corruperunt *viam suam*, et abominabilem fecerunt iniquitatem; non est faciens bonum.
3 Deus è cœlo prospexit super filios hominum, ut videat an sit intelligens, requirens Deum.
4 Omnes retrocesserunt pariter, fœtidi sunt; non est faciens bonum, non est etiam unus.
5 Annon cognoverunt operantes iniquitatem,

אכלי עמי אכלו ª
לחם אלהים לא קראו :
6 שם פחדו פחד לא היה פחד
כי אלהים פזר עצמות * חנך
† הבישתה כי אלהים מאסם :
7 מי יתן מציון ישעות ישראל
בשוב אלהים שבות עמו
יגל יעקב ישמח ישראל :

* חונך 31. † הבישות 52.

comedentes populum meum *ac si* comederent panem ? *et* Deum non invocant. 6 Ibi timebant timore, *ubi* non fuit timor, quoniam Deus dispersit ossa castrametantis contra te; pudore affecisti *illos*, quoniam Deus sprevit eos. 7 Quis dabit ex Sion salutem Israelis ! quum convertit Deus captivitatem populi sui, exultabit Jacob, lætabitur Israël.

a. 5. Sensus pariter ac ut dixi ad Psal. xiv. p. 4. metrum poscit כ præfigi,

1 למנצח בנגינת משכיל לדוד :

2 בבוא הזיפים ויאמרו
לשאול הלא דוד מסתתר עמנו :

---

3 אלהים בשמך הושיעני
ובגבורתך תדינני :

4 אלהים * שמע תפלתי
האזינה לאמרי פי :

5 כי זרים קמו עלי
ועריצים בקשו נפשי
לא שמו אלהים לנגדם סלה :

6 הנה אלהים עזר לי
† אדני ‡ בסמכי נפשי :

7 ישוב הרע § לשררי

* שמעה 9. † יהוה 13. ‡ בסומכי 7. § לשוררי 47.

1 Præcentori in Neginoth, didacticon, Davidis.
2 Quum venissent Ziphæi et dixissent ad Saul, Nonne
David abscondit se nobiscum? 3 Deus, in nomine
tuo salvum me fac, et in fortitudine tua judica me.
4 Deus, audi orationem meam; ausculta verba oris
mei. 5 Quoniam alieni insurrexerunt adversum me,
et formidabiles quærunt animam meam, non posue-
runt Deum coram se. Selah. 6 Ecce, Deus auxil-
iatur mihi; Dominus *est* inter sustentatores animæ
meæ. 7 Reddet malum inimicis meis;

באמתך הצמיתם׃
8 בנדבה אזבחה לך
אודה שמך יהוה כי טוב׃
9 כי מכל צרה הצילני
ובאיבי ראתה עיני׃

in veritate tua succide illos. 8 Sponte sacrificabo tibi; celebrabo nomen tuum, JEHOVA, quoniam bonum *est*. 9 Quoniam ex omni angustia eruit me, et in hostibus meis, *quod volui*, vidit oculus meus.

PSALM. LV. נה

1 למנצח בנגינות משכיל לדוד׃

2 האזינה אלהים תפלתי
ואל תתעלם מתחנתי׃
3 הקשיבה לי ועננו
אריד בשיחי ואהימה׃

1 Præcentori in Neginoth, Didacticon, Davidis. 2 Auribus percipe, Deus, orationem meam; et ne abscondas te à deprecatione mea. 3 Intende mihi, et exaudi me; plango in meditatione mea, et tumultuor.

4 מקול אויב מפני
עקת רשע [a]
כי ימיטו עלי און
ובאף ישטמוני :
5 לבי יחיל בקרבי
ואימות מות נפלו עלי :
6 יראה ורעד יבא בי
ותכסני פלצות :
7 ואמר מי יתן לי אבר
כיונה אעופה ואשכנה :
8 הנה ארחיק
* נדד אלין במדבר סלה :

* נדוד 41.

4 Propter vocem inimici, propter angustiam impii
exaudi me; quoniam conjiciunt super me iniquitatem,
et in ira adversantur mihi. 5 Cor meum dolet in
medio mei, et terrores mortis ceciderunt super me.
6 Timor et terror venit super me, et operuit me horror.
7 Et dixi, Quis dabit mihi alas? avolarem et requies-
cerem ut columba. Ecce elongarem fugiendo, per-
noctarem in deserto. Selah.

a. 4. Et sensus et versus videntur postulare, ut ענני. quod habetur in periodo præcedente, hic repetatur.

9 אחישה מפלט לי
מרוח סעה מסער׃
10 בלע[a] * אדני פלג לשונם
כי ראיתי חמס וריב בעיר׃
11 יומם ולילה יסובבה
על חומתיה ואון ועמל בקרבה׃
12 הוות בקרבה ולא ימיש
מרחובה תך ומרמה׃
13 כי לא אויב יחרפני
ואשא † לא משנאי עלי
הגדיל ואסתר ממנו׃

* יהוה 50. † ולא 5.

9 Festinarem liberatorem mihi a vento procelloſô, à turbine. 10 *Divide*, Domine, divìde linguam eorum, quoniam vidì violentiam et contentionem in civitate. 11 Die ac nocte circumdant eam, et iniquitas et molestia ſuper muros ejus. 12 In medio ejus pravitas, et non recedit è plateis ejus fraus et dolus. 13 Neque enim inimicus meus probris affecit me, alioqui sustinuissem; neque odio habens me adversum me magnificavit se, abscondissem enim me ab eo.

a. 10. בלע. Suspicor legendum פלג.

14 ואתה אנוש כערכי
אלופי ומידעי :
15 אשר יחדו נמתיק סוד בבית
אלהים נהלך ברגש :
16 ישי [b] מות עלימו
ירדו שאול חיים
כי רעות במגורם בקרבם :
17 אני אל אלהים
אקרא ויהוה יושיעני :
18 ערב ובקר וצהרים
אשיחה ואהמה וישמע קולי :
19 פדה בשלום נפשי מקרב לי

14 Sed tu, homo, juxta æſtimationem meam, dux
meus, et notus meus: 15 Qui simul dulciter com-
municabamus secretum, in domo Dei ambulabamus in
societate. 16 Subito veniat mors super eos, descen-
dant *in* ſepulchrum viventes; quia mala *ſunt* in habita-
culo eorum in medio eorum. 17 Ego ad Deum clamabo,
et Jehova servabit me. 18 Vespere et mane, et meridie
meditor et tumultuor; et exaudiet vocem meam.
19 Redimet in pace animam meam ne appropinquent
ad me,

b. 16. ישא. *Mors subito eos assequatur*, Gr. ἐλθέτω ἐπ' αὐτοὺς. Sed in Hebr. est ישי. Id est, *mors decipiat eos*, incommode. Vid. Psa. vii. 5. et lxix. 25.

כי ברבים היו ᶜ עמדי :
20 ישמע אל ויענם * וישב ᵈ קדם סלה
אשר אין חליפות למו
ולא יראו אלהים :
21 שלח ידיו
בשלמיו חלל בריתו :
22 חלקו מחמאות פיו ᵉ
וקרב לבו רכו דבריו
משמן והמה פתחות :
23 השלך על יהוה יהבך
והוא יכלכלך לא יתן
לעולם מוט לצדיק :

* ויושב 31.

quoniam contra multos *fuit* mecum. 20 Audiet De-
us et affliget eos, qui est ante secula. Selah. Quibus
non sunt mutationes nec timent Deum. 21 Misit
manus suas in *homines* pacificos, polluit pactum suum.
22 Læves sunt butyro *vultus* ejus, at prælium *est* cor e-
jus; molliora verba ejus plus quàm oleum, et ipsa sunt
gladii. 23 Projice super JEHOVAM onus tuum, et
ipse sustentabit te; non dabit in seculum nutare justo.

c. 19. היה. In Hebr. היו, quod versum hunc ambiguum et obscurum reddit; ב enim in ברבים tunc πλεονάζει, et עמדי erit *contra me*, dure et coacte.

d. 20. ו ante ישב ponendum ad ויענם.

e. 22. Pro פיו vero manifesto legendum פניו.

24 ואתה אלהים תורידם
לבאר שחת אנשי דמים
ומרמה לא יחצו ימיהם
ואני אבטח בך׃

24 Tu autem, Deus, descendere facies eos in puteum foveæ; viri sanguinarii et dolosi non dimidiabunt dies suos; ego autem fidam tibi, *Jehova*.

PSALM. LVI. נו

1 למנצח על יונת אלם
רחקים לדוד מכתם
באחז אותו פלשתים בגת׃

2 חנני אלהים
כי שאפני אנוש
כל היום לחם ילחצני׃

1 Præcentori super columbam mutam in remotis, Davidis, Michtham, quum comprehendissent eum Pelisthim in Gath. 2 Miserere mei, Deus, quoniam anhelat *in* me homo; quotidiè bellans opprimit me.

3 שאפו שוררי כל היום
כי רבים * לחמים לי מרום :
4 יום אירא אני אליך אבטח :
5 באלהים אהלל דברו
באלהים בטחתי
לא אירא מה יעשה בשר לי :
6 כל היום דברי יעצבו
עלי כל מחשבותם לרע
7 [a]יגורו יצפינו
המה עקבי ישמרו
כאשר קוו † נפשי :

* לוחמים 15. † לנפשי 20.

3 Anhelant inimici mei omni die, quoniam multi pugnantes adversum me, Excelse. 4 Die *quo* timebo, ego tibi fidam. 5 In Deo laudabo verbum ejus; in Deo speravi; non timebo quid faciat caro mihi. 6 Totâ die verba mea dolore afficiunt; adversum me *sunt* omnes cogitationes eorum in malum. 7 *Adversum me* congregantur, *et* occultant se ipsi, vestigia mea observant. Quum expectant animam meam,

a. 7. עלי. Repetendum esse ex priore versiculo docent loca huic parallela Ps. lix. p 4. et xciv. 21. et inter duo verba inserenda copula, quæ facile excidit, altero ו præcedente.

8 על און פלט למו
באף עמים הורד אלהים :
9 * נדי ספרתה אתה
שימה דמעתי בנאדך
הלא בספרתך :
10 אז ישובו איבי אחור
ביום אקרא [b] זה ידעתי
כי אלהים לי :
11 באלהים אהלל דבר [c]
ביהוה אהלל דבר :

* נודי 32.

8 propter iniquitatem illorum judica eos : in furore
populos dejice, Deus. 9 Migrationem meam nume-
rasti tu, posuisti lachrymas meas in utre tuo ; nonne in
libro tuo *sunt ?* 10 Tunc convertentur inimici mei
retrorsum, in die *qua* clamabo ad te : hoc cognovi, quòd
Deus mihi tu *es.* 11 In Deo laudabo verbum
ejus ; . . . .

b. 10. Sensus æque ac metrum poscit affixum כ. Et sic Gr. ἐπικαλέσωμαί σε. Et in fine manifesto excidit אתה. Et sic Gr. ὅτι Θεός μου εἶ σύ.

c. 11. Post hunc versiculum sequitur in Hebr. ביהוה אהלל דבר. Quod manifesto spurium est, ut cuivis patebit hanc periodum cum quinta conferenti.

12 באלהים בטחתי
לא אירא מה יעשה אדם לי :
13 עלי אלהים נדריך[d]
אשלם תודות לך:
14 כי הצלת נפשי ממות
הלא רגלי
מדחי להתהלך לפני
אלהים באור החיים :

. . . . 12 In Deo speravi; non timebo quid faciat homo mihi. 13 Tibi, Deus, mea vota rependam; laudes *sacrificabo* tibi. 14 Quoniam eripuisti animam meam à morte; nonne pedes meos de lapsu ut ambulem coram Deo in lumine viventium?

PSALM. LVII. נז

1 למנצח אל תשחת לדוד
מכתם בברחו מפני
שאול במערה :

1 Præcentori, Ne disperdas, Davidis, Michtam, quum fugeret ipse à facie Saul in speluncam.

- d. 13. Affixum quod librarii נדרי ךָ appositum ad עלי pertinebat, errore est; sed et aliud in hac pe-

2 חנני אלהים חנני
כי בך חסיה נפשי
ובצל כנפיך
אחסה עד יעבר הוות :
3 אקרא לאלהים עליון
לאל * גמר עלי :
4 ישלח משמים
ויושיעני חרף שאפי סלה
ישלח אלהים חסדו ואמתו :

* גומר 12.

2 Miserere mei, Deus, miserere mei, in te confidit anima mea; et in umbra alarum tuarum, *Domine*, spero, donec transierit calamitas. 3 Clamabo ad Deum altissimum; ad Deum retribuentem mihi. 4 Mittet è cœlo, *mittet* Deus misericordiam suam et veritatem suam; et servabit me cum blasphemat persecutor meus. Selah.

riodo mendum, nec tantum versui secundo deest sua quantitas, sed et עֹד תודות verbum suum. אזבח igitur addendum putavi. Vid. Psal. l. p. 14. et 23. cvii. 22. cxvi. 17.

a. 4. Manifesto hic turbatum est in Hebr. tertio versiculo secundi locum occupante; et quod sensus pariter ac metrum postulat, pro חרף legendum בחרף; versiculis in suum ordinem restitutis סלה quoque locum suum obtinebit, et fini periodi addetur.

5 נפשי בתוך * לבאם אשכבה[b]
† להטים בני אדם
שניהם חנית וחצים
ולשונם חרב חדה :
6 רומה על השמים אלהים
על כל הארץ כבודך :
7 רשת הכינו לפעמי
כפף נפשי כרו לפני
‡ שיחה נפלו בתוכה סלה :
8 נכון לבי אלהים
נכון לבי אשירה ואזמרה

* לבאים 15. † לוהטים 6. ‡ שוחה 16.

5 Anima mea inter leones jacet, flammantes *sunt* filii hominum ; Dentes eorum *sunt* lancea et sagittæ, et lingua eorum gladius acutus. 6 Exaltare super cœlos, Deus ; super omnem terram, gloria tua. 7 Recte paraverunt gressibus meis, incurvaverunt animam meam ; foderunt ante me foveam, ceciderunt in medium ejus. Selah. 8 Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum, cantabo, et psallam.

b. 5. Pro אשכבה vero legendum videtur שכבה. Vid. Psal. cxx. p. 6. et cxxiii. 4.

9 עורה כבודי עורה
הנבל וכנור אעירה שחר׃
10 אודך בעמים * אדני
אזמרך בלאמים׃
11 כי גדול עד שמים חסדך
ועד שחקים אמתך׃
12 רומה על שמים אלהים
על כל הארץ כבודך׃

* יהוה 24

9 Evigila, gloria mea evigila; nablium et citharam excitabo diluculo. 10 Celebrabo te in populis, Domine, canam tibi in gentibus. 11 Quoniam magna *est* usque ad cœlos misericordia tua, et usque ad nubes veritas tua. 12 Exaltare super cœlos, Deus; super omnem terram gloria tua.

PSALM. LVIII. נח

1 למנצח אל תשחת לדוד מכתם׃

---

1 Præcentori, Ne disperdas, Davidis, Michtham.

2 האמנם אלם צדק תדברון
מישרים תשפטו בני אדם:
3 אף בלב * עולת תפעלון
בארץ חמס ידיכם תפלסון:
4 זרו רשעים מרחם
תעו מבטן דברי כזב:
5 חמת למו כדמות חמת נחש
כמו פתן חרש יאטם אזנו:
6 אשר לא ישמע לקול מלחשים
חובר חברים מחכם:

* עולות 26.

2 Num verè *vos* justitiam loquimini? æquitates judicatis filii hominum? 3 Etiam in corde iniquitates appenditis, in terra violentiam manibus vestris operamini. 4 Abalienati sunt impii a vulva, erraverunt ab utero; loquentes mendacium. 5 Venenum *est* illis secundum similitudinem veneni serpentis; sicut aspidis surdæ, *quæ* obturat aurem suam. 6 Quæ non audit vocem incantantium, incantantis incantationes sapientes.

a. 3. Verba hujus periodi תפלסון *et* תפעלון casu quodam loca invicem commutarunt, quod sensus pariter ac metrum indicat.

7 אלהים הרס שנימו בפימו
מלתעות * כפירים † נתוץ יהוה [b]
8 ימאסו כמו מים יתהלכו למו
ידרך חציו כמו יתמללו :
9 כמו שבלול תמס יהלך [c]
נפל אשת בל חזו שמש :
10 בטרם יבינו סירתיכם אטד
כמו חי [d] כמו חרון ‡ ישערנו :

* כפרים 2. † נתץ 70. ‡ יסערנו 25.

7 Deus, contere dentes eorum in ore ipsorum; molares catulorum leonum confringe,* Jehova, *ipsis*. 8 Colliquescant sicut aquæ et abeant; intendet *Deus* sagittas suas, exscindentur. 9 Sicut limax liquescit, sic abeant; *sicut* abortivum mulieris, non videant Solem. 10 Antequam ebullire faciat lebetes rhamnus, sicut *ignis*, sic ira tua abripiat eum.

b. 7. למו huc ex fine versiculi sequentis retrahendum esse, nemo monitus de hoc errore, dubitare possit.

c. 9 כמו. Ex versiculo præcedente huc inserui jubente metro: constructio pariter ac versus ostendit legendum esse יתהלכו.

d. 10. כמו חי. Ita Hebr. in quo explicando frustra sudant interpretes. Lectio quæ tam absurdas interpretationes peperit, non potest non esse mendosa. Sed quomodo corrigenda sit, nescio.

11 ישמח צדיק כי חזה נקם
פעמיו ירחץ בדם הרשע :
12 ויאמר אדם אך פרי לצדיק
אך יש אלהים * שפטים · בארץ :

* שופטים ל.

11 Lætabitur justus quum viderit vindictam ; pedes suos lavabit sanguine impii. 12 Et dicet homo, Verè *est* fructus justo ; utique est Deus judicans in terra.

PSALM. LIX. נט

1 למנצח אל תשחת לדוד
מכתם בשלח שאול וישמרו
את הבית להמיתו :

2 הצילני מאיבי אלהי
ממתקוממי תשגבני :

1 Præcentori, Ne disperdas, Davidis, Michtham, quum misisset Saul ut observarent domum, ut interficerent eum. 2 Eripe me ab inimicis meis, Deus mi ; ab insurgentibus contra me attolle me.

e. 12. Cum אלהים hic contra perpetuum fere Linguæ Hebr. usum participium *plurale* adjunctum habeat, quis dubitet metri gratia factum esse.

3 הצילני * מפעלי און
ומאנשי דמים הושיעני :
4 כי הנה ארבו לנפשי
יגורו עלי עזים
לא פשעי ולא חטאתי יהוה :
5 בלי עון• ירוצון
ויכוננו עורה
לקראתי וראה :
6 ואתה יהוה אלהים
צבאות אלהי ישראל
הקיצה † לפקד כל הגוים
אל ‡ תחן כל בגדי און סלה :

* מפועלי 8. † לפקוד 20. ‡ תחון 29.

3 Eripe me ab operariis iniquitatis, à viris sanguinum serva me. 4 Quia ecce insidiantur animæ meæ; congregati sunt adversum me fortes; non prævaricatione mea, et non peccato meo, JEHOVA. 5 Absque iniquitate *mea* accurrerunt, et paraverunt se; exurge in occursum meum et vide, *Domine*. 6 Et tu, JEHOVA, Deus exercituum, Deus Israël, evigila ad visitandum omnes gentes; ne miserearis omnium prævaricatorum iniquitatis. Selah.

a. 5. In Hebr. ׳ excidit, altero proxime sequente; sed legendum esse cum suffixo et sensus et metrum clare ostendunt.

7 יָשׁוּבוּ לָעֶרֶב יֶהֱמוּ
כַכָּלֶב וִיסוֹבְבוּ עִיר׃
8 הִנֵּה יַבִּיעוּן בְּפִיהֶם חֲרָבוֹת
בְּשִׂפְתוֹתֵיהֶם כִּי מִי * שֹׁמֵעַ׃
9 וְאַתָּה יְהוָה תִּשְׂחַק לָמוֹ
תִּלְעַג לְכָל גּוֹיִם׃
10 עֻזּוֹ אֵלֶיךָ אֶשְׁמֹרָה
כִּי אֱלֹהִים מִשְׂגַּבִּי׃
11 אֱלֹהֵי † חַסְדּוֹ יְקַדְּמֵנִי
אֱלֹהִים יַרְאֵנִי בְשֹׁרְרָי׃
12 אַל תַּהַרְגֵם פֶּן יִשְׁכְּחוּ

* שומע 19. † חסדי 33.

7 Revertuntur ad vesperam, latrant ut canis, et circumeunt civitatem. 8 Ecce loquuntur ore suo, gladii *sunt* in labiis eorum, quoniam *dicunt*, Quis audit? 9 Tu autem, JEHOVA, deridebis eos; subsannabis omnes gentes. 10 Fortitudo *mea*, tibi *cantabo*; quoniam Deus elevatio mea *est*. 11 Deus misericordiæ *meæ* præveniet me; Deus videre faciet me *optata* in inimicis meis. 12 Ne occidas eos, ne fortè obliviscatur populus *tuus*;

b. 10. Ex ultimis hujus Psalmi manifestum est hanc periodum ad hunc modum restituendam esse, quæ hic valde depravata est; et pro עזו *et* אשמרה, legendum עזי *et* אזמרה, et mox pro חסדו, חסדי.

עמי [c] הניעמו
בחילך והורידמו
מגננו אדני׃
13. [d] חטאת פימו דבר שפתימו
וילכדו בגאונם
* ומאלה ומכחש יספרו׃
14 כלה בחמה כלה ואינמו
וידעו כי אלהים † משל
ביעקב לאפסי הארץ סלה׃
15 וישבו לערב יהמו
ככלב ויסובבו עיר׃
16 המה ינועון ‡ לאכל

* מאלה 11. † מושל 37. ‡ לאכול 13.

vagari fac eos in fortitudine tuâ, et depone eos, Domine, clypeus noster. 13 *Memor sis* peccati oris eorum, verbi labiorum ipsorum; et capiantur in superbia sua ob execrationem et mendacium *eorum quod* narrant. 14 Consume in furore, consume, et ne sint; et sciant quòd Deus dominatur in Jacob, usque ad fines terræ. Selah. 15 Revertentur ad vesperam, latrabunt ut canis, et circumibunt civitatem. 16 Ipsi vagabuntur ut comedant,

c. 12. Sensus pariter ac versus postulat suffixum secundæ personæ, et sic Gr. et.

d. 13. זכר. Verbum hoc ad sensum deesse constructio et sententia liquido ostendunt.

אִם לֹא יִשְׂבְּעוּ וַיָּלִינוּ׃
17 וַאֲנִי אָשִׁיר עֻזֶּךָ
וַאֲרַנֵּן לַבֹּקֶר חַסְדֶּךָ
כִּי הָיִיתָ מִשְׂגָּב לִי
וּמָנוֹס בְּיוֹם צַר לִי׃
18 עֻזִּי אֵלֶיךָ אֲזַמֵּרָה
כִּי אֱלֹהִים מִשְׂגַּבִּי
אֱלֹהֵי חַסְדִּי׃

et murmurabunt, si non fuerint saturati. 17 Ego autem cantabo fortitudinem tuam, et laudabo manè misericordiam tuam; quia fuisti elevatio mihi, et refugium in die angustiæ meæ. 18 Fortitudo mea, tibi cantabo, quia Deus elevatio mea; Deus misericordiæ meæ.

P S A L M. LX. ס

1 למנצח על שושן עדות
מכתם לדוד ללמד׃

1 Præcentori super Susan-eduth, Michtham Davidis, ad docendum;

2 בהצותו את ארם נהרים
ואת ארם צובה וישב יואב
ויך את אדום בגיא מלח
שנים עשר אלף׃

---

3 אלהים זנחתנו פרצתנו
אנפת תשובב לנו׃
4 הרעשתה ארץ פצמתה
רפה שבריה כי מטה׃
5 הראית עמך קשה
השקיתנו יין תרעלה׃
6 נתתה ליראיך נס
להתנוסס מפני קשט ᵃ סלה׃

2 quum certaret ille contra Aram Naharaim et contra Aram Sobah, et *quum* reversus esset Joab, et percussisset Edom in valle Salis, duodecim millia. 3 Deus, projecisti, dissipasti nos; iratus es, revertere ad nos. 4 Tremere fecisti terram, scidisti eam : sana fracturas ejus, quia nutat. 5 Ostendisti populo tuo dura; potasti nos vino vertiginis. 6 Dedisti metuentibus te vexillum; ut fugiant ab *arcu*. Selah.

a. 6. Gr. legerunt קשת. opinor. ἀπὸ προσώπου τόξου. Recte

למען יחלצון ידידיך
הושיעה ימינך ועננו :
8 אלהים דבר בקדשו
אעלזה אחלקה שכם
ועמק סכות אמדד :
9 לי גלעד ולי מנשה
ואפרים מעוז ראשי
יהודה מחקקי [b] :

7 Ut liberentur dilecti tui, salvum fac dexterâ tuâ, et exaudi me. 8 Deus loquutus est in sancto suo; lætabor; dividam Sechem, et vallem Succhoth metiar. 9 Meus *erit* Gilead, meus *erit* Menasseh, et Ephraim fortitudo capitis mei; Jehudah *hasta mea*.

b. 9. Diu suspicatus sum huic voci aliam vim subesse præter significationes illas quæ occurrunt apud veteres Interpretes; eaque denotari non *personam* modo, sed et *rem*, cum sæpius videam cum rebus inanimis conjunctam; hic enim præcedit *galea* nam *galea* periphrasis est *robur capitis mei*; et in celebri illo loco Gen. xlix. 10 conjunctum est cum שבט, et Num. xxi. 18. cum משענת; שבט vero et משענת sunt fere *ἰσοδύναμα*, ideoque conjuncta Psal. xxiii. *p*. 4. Hæc suadent hac voce inter alia significari *hastam* vel *pilum*, aut aliquid ejusmodi, quod olim regum gestamen erat, summorumque magistratuum.

10 מואב סיר רחצי
על אדם אשליך נעלי
עלי פלשת התרועעי :
11 מי יובלני עיר מצור
מי נחני עד אדום :
12 הלא אתה אלהים זנחתנו
ולא תצא אלהים בצבאותינו :
13 הבה לנו עזרת מצר
ושוא תשועת אדם :
14 באלהים נעשה חיל
והוא יבוס צרינו :

10 Moab *erit* olla ablutionis meæ, super Edom projiciam calceamentum meum ; super me Peleseth jubila. 11 Quis deducet me *in* civitatem munitam ? quis deducet me usque ad Edom ? 12 Nonne tu, Deus, *qui* projeceras nos ? et non egrediebaris cum exercitibus nostris ? 13 Da nobis auxilium de angustia ; nam mendax salus hominis. 14 In Deo faciemus fortitudinem ; et ipse conculcabit inimicos nostros.

c. 12. In Hebr. sequitur אלהים, sed versus respuit, nec habetur in Psal. xliv. *p.* 10, qui idem plane est.

1 למנצח על נגינת לדוד׃

2 שמעה אלהים רנתי
הקשיבה תפלתי׃
3 מקצה הארץ אליך
אקרא בעטף לבי
בצור ירום ממני תנחני׃
4 כי היית מחסה לי
מגדל עז מפני אויב׃
5 אגורה באהלך
עולמים אחסה בסתר כנפיך סלה׃
6 כי אתה אלהים שמעת לנדרי
נתת ירשת יראי שמך׃

1 Præcentori super pulsationem fidium, Davidis.
2 Audi, Deus, clamorem meum, attende orationi meæ.
3 Ab extremo terræ ad te clamabo, dum se convolvit
cor meum. Ad petram *quæ* celsior est me, deduc me;
4 Quia fuisti spes mihi, *et* turris fortitudinis à facie inimici *mei*.
5 Habitabo in tabernaculo tuo in secula:
sperabo in abscondito alarum tuarum. Selah.
6 Quoniam tu, Deus, audisti vota mea; dedisti hæreditatem
timentibus nomen tuum.

a. 6. ירושה ליראי. Sic sensus, et constructio, pariter ac metrum, legi postulant; et sic Gr. κληρονομίαν τοῖς φοβουμένοις.

7 ימים על ימי מלך תוסיף
* שנותיו כמו ᵇ דור ודור :
8 ישב עולם לפני אלהים
חסד ואמת מן † ינצרהו ᶜ :
9 כן אזמרה שמך לעד
לשלמי נדרי יום יום :

* שנותיך 1. † ינצרהו 7.

7 Dies super dies Regis adjicies; anni *tui* in generationem et generationem. 8 Habitabit in seculum coram Deo; misericordia et veritas conservabunt eum. 9 Sic canam nomini tuo in seculum, ut reddam vota mea *tibi de* die *in* diem.

PSALM. LXII. סב

1 למנצח על ידותן מזמור לדוד :

1 Præcentori super Jeduthun, Psalmus Davidis.

b. 7. שנותיך במו. Sic sensus legendum poscit.
c. 8. In Hebr. præit מן quod turbavit admodum interpretes; nec mirum, cum sit vocula nihili, quæ in textum à margine irrepsit.

2 אך אל אלהים * דומיה נפשׁ
ממנו ישׁועתי :
3 אך הוא צורי וישׁועתי
משׂגבי לא אמוט רבה :
4 עד אנה תהותתו על אישׁ
תרצחו כלכם כקיר
נטוי גדר הדחויה :
5 אך משׂאתו ᵃ יעצו להדיח
ירצו כזב בפיו יברכו
ובקרבם יקללו סלה :
6 אך לאלהים דמי נפשׁי
כי ממנו תקותי :

* דמיה. 6.

2 Tantum in Deo conquiesce, anima mea; ab ipso *est* salus mea. 3 Certè ipse *est* petra mea, et salus mea; elevatio mea, non labascam multum. 4 Usquequò cogitabitis prava contra unumquemque? interficiemini universi vos, *eritis* tanquam paries inclinatus *et* maceria impulsa. 5 Utique ab elatione *mea* consilium capiunt depellendi, diligunt mendacium; ore suo benedicunt, et in intimo suo maledicunt. Selah. 6 Tantum Deo conquiesce, anima mea; quoniam ab ipso *est* expectatio mea.

a. 5. Sensus suffixum primæ postulat, et sic Gr. τὴν τιμήν μου.

7 אך הוא צור וישועתי
משגבי לא אמוט׃
8 על אלהים ישעי וכבודי
צור עזי מחסי באלהים׃
9 בטחו בו בכל עת עם
שפכו לפניו לבבכם
אלהים מחסה לנו סלה׃
10 אך הבל בני אדם
כזב בני איש במאזנים
לעלות המה מהבל יחד׃
11 אל תבטחו בעשק
ובגזל אל תהבלו
חיל כי ינוב אל תשיתו לב׃

7 Certe ipse *est* petra mea, et salus mea; elevatio mea, non nutabo. 8 Super Deum *est* salus mea et gloria mea; robur fortitudinis meæ, spes mea in Deo. 9 Sperate in eo omni tempore, ô popule, effundite coram illo cor vestrum; Deus *est* receptus nobis. Selah. 10 Tantum vanitas *sunt* filii hominum, mendacium, filii viri; in stateris ascendent ipsi præ vanitate simul. 11. Ne fidatis fraudi, in rapina ne vanescatis; divitiæ si multiplicentur, ne apponatis cor.

12 אחת דבר אלהים
שתים זו שמעתי
כי עז לאלהים׃
13 ולך * אדני חסד כי אתה
תשלם לאיש כמעשהו׃

* יהוה 28.

12 Semel loquutus est Deus; bis hoc audivi, quòd fortitudo *est* Dei; 13 Et tibi, Domine, misericordia; quia tu reddis unicuique secundum opus suum.

PSALM. LXIII. סג

1 מזמור לדוד בהיותו
במדבר יהודה׃

2 אלהים אלי אתה אשחרך
צמאה לך נפשי
כמה לך בשרי בארץ a

1 Psalmus Davidis, quum esset in deserto Jehudah.
2 Deus, Deus meus tu es; quæro te mane. Sitit te anima mea, desiderat te caro mea ut terra

a. 2. כארץ. In Hebr. בארץ; sed lectionem alteram egregie confirmat Psal. cxliii. 6.

צִיָּה וְעָיֵף [b] בְּלִי מָיִם׃

3 כֵּן בַּקֹּדֶשׁ חֲזִיתִיךָ
לִרְאוֹת עֻזְּךָ וּכְבוֹדֶךָ׃

4 כִּי טוֹב חַסְדְּךָ מֵחַיִּים
שְׂפָתַי יְשַׁבְּחוּנְךָ׃

5 כֵּן אֲבָרֶכְךָ בְחַיָּי
בְּשִׁמְךָ אֶשָּׂא כַפָּי׃

6 כְּמוֹ חֵלֶב וָדֶשֶׁן
תִּשְׂבַּע נַפְשִׁי וְשִׂפְתֵי
רְנָנוֹת יְהַלֶּל פִּי׃

7 אִם זְכַרְתִּיךָ עַל יְצוּעָי
בְּאַשְׁמֻרוֹת אֶהְגֶּה בָּךְ׃

deserta, et sitibunda sine aqua. 3 Sic in sancto spectavi te, ut viderem fortitudinem tuam et gloriam tuam. 4 Quoniam bona *est* misericordia tua præ vita; labia mea laudabunt te. 5 Sic benedicam tibi in vita mea: in nomine tuo levabo manus meas. 6 Sicut adipe et pinguedine, saturatur anima mea; et labiis jubilationum laudat *te* os meum. 7 Etiam recorder tui in cubilibus meis, in vigiliis meditor de te.

b. 2. Cum ארץ sit femininum, tam mira generis commutatio librariis videtur imputanda; loco certe parallelo Psal. cxliii. 6. recte legitur עיפה.

8 כי היית עזרתה לי
ובצל כנפיך ארנן :
9 דבקה נפשי אחריך
כי תמכה ימינך :
10 [c] והמה לשואה יבקשו נפשי
יבואו בתחתיות הארץ :
11 יגירהו [d] על ידי חרב
מנת שועלים יהיו :
12 והמלך [e] ישמח באלהים
יתהלל כל הנשבע בו
כי יסכר פי דוברי שקר :

8 Quia fuisti *in* auxilium mihi; et in umbra alarum tuarum exultabo. 9 Adhæsit anima mea post te; me sustentat dextera tua. 10 Ipsi ad desolationem quærunt animam meam, *sed* introibunt in inferiora terræ. 11 Tradentur gladio, *et* pars vulpium erunt. 12 Rex lætabitur in Deo, gloriabitur omnis qui jurat per eum; quia obstruetur os loquentium mendacium.

c. 10. In Hebr. præcedit copula, quam ad versiculum sequentem pertinere, *d.* 11. Ad eandem formam in Ps. seq. legitur ירהו p. 5, et יכשילוהו p. 9. unde factum sit ut idem mendum in omnibus obtinuerit nescio, sed ה in omnibus ejiciendum esse et constructio et metrum clare ostendunt, cum utrumque turbet.

e. 12. In Hebr. præfixa est copula, quæ ex eadem litera præcedente nata, vel ab initio versiculi præcedentis traducta.

1 למנצח מזמור לדוד :

2 שמע אלהים קולי בשיחי
מפחד אויב תצר חיי :
3 תסתירני מסוד מרעים
מרגשת * פעלי און :
4 אשר שננו כחרב לשונם
דרכו חצם · דבר מר :
5 לירות במסתרים תם
פתאם ירהו ולא † ייראו :
6 יחזקו למו דבר רע
יספרו לטמון מוקשים
אמרו מי יראה לכו :

† יראו 12. * פעלי 14.

1 Præcentori, Psalmus Davidis. 2 Audi, Deus, vocem meam, in oratione mea; à timore inimici custodi vitam meam. 3 Absconde me à secreto malignorum, à congregatione operantium iniquitatem: 4 Qui acuerunt ut gladium linguam suam, tetenderunt *ut* sagittam suam, verbum amarum. 5 Ut jaculentur in absconditis *in* integrum; subitò sagittabunt, et non timebunt. 6 Firmant sibi verbum nequam, narrant ad abscondendum laqueos, *et* dicunt, Quis videbit?

a. 4. כחצם. Sic manifesto legendum, ut כחרב vers. præcedente. *b.* 6. Et constructio

7 יחפשו * עולת
† תמנו חפש מחפש
וקרב איש ולב עמק :
8 ויורם אלהים חץ
פתאם היו מכותם :
9 ויכשילהו עלימו לשונם
יתנודדו כל ראה בם :
10 ‡ וייראו כל אדם ויגידו פעל
אלהים ומעשהו השכילו :
11 ישמח צדיק ביהוה וחסה
בו ויתהללו כל ישרי לב :

* עולות 26. † טמנו 46. ‡ ויראו 32.

7 Sibi scrutantur iniquitates, perficiunt scrutinium exploratissimum, intimo suo quisque, et corde profundo. 8 Et jaculatus est in eos Deus sagittam, subitò fuerunt plagæ eorum. 9 Et impingere fecerunt in sese linguam suam; fugient omnes videntes eos. 10 Et timuerunt omnes homines, et annunciaverunt opus Dei; et opus ejus intellexerunt. 11 Lætabitur justus in JEHOVA, et sperabit in eo *in seculum*; et gloriabuntur omnes recti corde.

et metrum copulam præponi postulant; למו vero ad periodum sequentem trahendum; sensus etiam idem suadet.

c. 7. Cum תמנו sit præter analogiam, alii putarunt legendum תממו extrito נ: alii טמנו a טמן *occultavit*.

1 למנצח מזמור לדוד שיר׃

2 לך * דמיה תהלה אלהים
בציון ולך ישלם נדר׃

3 † שמע * תפלה
עדיך כל בשר יבאו׃

4 דברי עונות גברו ‡ מני
פשעינו אתה תכפרם׃

5 אשרי תבחר ותקרב § ישכן
חצריך נשבעה בטוב
ביתך קדש היכלך׃

6 נוראות בצדק
תעננו אלהי ישענו

* דומיה 46. † שומע 24. ‡ מנו 5. § לשכן 1.

1 Præcentori, Psalmus Davidis, canticum. 2 Te decet hymnus, ô Deus, in Sijon; et tibi reddetur votum. 3 *Tu* audis orationem, ad te omnis caro veniet. 4 Res iniquæ prævaluerant mihi; prævaricationes nostras, tu expias eas. 5 Beatus *quem* elegeris et appropinquare feceris *tibi*, *ut* habitet atria tua; saturabimur bono domus tuæ, sancto templi tui. 6 Terribiliter in justitia *tua* exaudies nos, Deus salutis nostræ,

a. 3. אתה. Hæc vocula manifesto excidit.

מבטח כל קצוי ארץ וים [b] רחקים׃

7 מכין הרים בכחו

נאזר בגבורה׃

8 משביח שאון ימים

שאון גליהם והמון לאמים׃

9 * וייראו † ישבי קצות מאותתיך

מוצאי בקר וערב תרנין׃

10 פקדת הארץ ותשקקה

רבת תעשרנה

פלג אלהים מלא מים

תכין דגנם כי כן תכינה [c]׃

* ויראו 11. † יושבי 10.

spes omnium finium terræ, et maris. 7 Firmans montes potentiâ suâ, accinctus fortitudine *sua*. 8 Compescens sonitum marium *distantium*, sonitum fluctuum eorum et strepitum gentium. 9 Et timent habitatores finium *terræ* à signis tuis; exitus matutini et vesperæ exultare facis. 10 Visitas terram et inebrias eam, plurimum locupletas eam; rivus Dei repletus est aquis; frumentum eorum quia sic præparas.

b. 6. Sequitur in Hebr. רחקים; sed hic loco est plane alieno, quod et metrum et constructio clare indicant, et pertinet ad p. 8.

c. 10. In Hebr. hunc versiculum inchoat תכין, et claudit תכינה. Utrumque nec cum sententia nec cum metro stare potest. Alterum, opinor, alterius

11 תַּלְמֶיהָ רַוֵּה נַחֵת גְּדוּדֶיהָ
בִּרְבִיבִים תְּמֹגְגֶנָּה
צִמְחָהּ תְּבָרֵךְ׃
12 עִטַּרְתָּ שְׁנַת טוֹבָתֶךָ
וּמַעְגָּלֶיךָ יִרְעֲפוּן דָּשֶׁן׃
13 יִרְעֲפוּ נְאוֹת מִדְבָּר
וגיל גבעות * תחגרנה׃
14 לבשו כרים[d] הצאן
ועמקים יעטפו בר
יתרועעו אף ישירו׃

* תחגורנה 12.

11 Liras ejus inebrias, descendere facis sulcos ejus; stillis liquefacis eam; germini ejus benedicis. 12 Coronas annum bonitate tua, et semitæ tuæ stillant pinguedinem; 13 Stillant *super* habitacula deserti; et exultatione colles accinguntur. 14 Induerunt se montes pecudibus; et valles operuerunt se frumento; clangunt, etiam canunt.

est correctio. Pro תכינה igitur in fine reponendum putavi תכין.

d. 14. הרים. In Hebr. est כרים, quam lectionem ut tueantur *pascua* voce illa significari contendunt. Ex Es. xxx 23. sed כר ibi est in numero *singulari*, nec in illo sensu *pluralem* admittit; est enim *planities*, seu campus *late extensus*.

למנצח שיר מזמור :

1 הריעו לאלהים כל הארץ :
2 זמרו כבוד שמו
שימו כבוד תהלתו :
3 אמרו לאלהים מה נורא
מעשיך ברב עזך
יכחשו לך * איביך :
4 כל הארץ ישתחוו
לך ויזמרו ᵃ לך יזמרו שמך סלה :
5 לכו וראו מפעלות אלהים
† נורא עלילה על בני אדם :
6 הפך ים ליבשה

* אויביך 17. † אשר נורא 2.

1 Præcentori, canticum, Psalmus. Jubilate Deo, omnis terra; 2 cantate gloriam nominis ejus; tribuite *ei* gloriam laudis ejus. 3 Dicite Deo, Quam terribilia sunt opera tua! propter magnitudinem fortitudinis tuæ mentientur tibi inimici tui. 4 Omnis terra incurvabit se tibi, et psallet nomini tuo. Selah. 5 Venite et videte opera Dei *qui* terribilis *est* opere super filios hominum. 6 Convertit mare in aridam;

a. 4. In Hebr. sequitur לך יזמרו, quæ præcedentium prava repetitio est omissa copula; quod לך ostendit, cum id ad verbum præcedens pertineat.

בנהר יעברו ברגל
שם נשמחה בו :
7 * משל בגבורתו
עולם עיניו בגוים
תצפינה הסררים
אל † ירימו ᵇ למו סלה :
8 ברכו עמים אלהינו
והשמיעו קול תהלתו :
9 ᶜ השם נפשנו בחיים
ולא נתן למוט רגלינו :
10 כי בחנתנו אלהים
צרפתנו כצרף כסף :

* מושל .50 † ירומו .47

per flumen transierunt pede ; ibi lætati sumus in ipso.
7 Dominatur fortitudine suâ in seculum ; oculi ejus
in Gentes speculantur ; rebelles non exaltabunt *caput*
sibi. Selah. 8 Benedicite, populi, Deo nostro, et
audiri facite vocem laudis ejus : 9 Qui *servat* ani-
mam nostram in vita, et non permisit ut declinaret pes
noster. 10 Quoniam probasti nos, ô Deus ; conflas-
ti nos sicut conflatur argentum.

b. 7. ירימו post se nomen postulat, et metrum etiam idem poscit. Vid. Ps. cx. p. 7. et cxl. p. 9.

c. 9. השמר. Nihil, opinor, hac emendatione certius, seu sensum, seu versum spectes.

11 הבאתנו במצודה
שמת מועקה במתנינו:
12 הרכבת אנוש לראשנו
באנו באש ובמים
ותוציאנו לרויה:
13 אבוא ביתך בעולות
אשלם לך נדרי:
14 אשר פצו שפתי
ודבר פי בצר לי:
15 * עלות מיחים אעלה לך
עם קטרת אילים
אעשה בקר עם עתודים סלה:

* עולות 32.

11 Induxeras nos in rete, posueras angustiam in lumbis nostris. 12 Equitare fecisti hominem super caput nostrum, venimus in ignem et aquam; et eduxisti nos in *terram* irriguam. 13 Ingrediar domum tuam in holocaustis, reddam tibi vota mea; 14 Quæ pronunciarunt labia mea, et loquutum est os meum in angustia mea. 15 Holocausta pinguium offeram tibi, cum suffitu *et* arietibus; faciam *tibi* boves cum hircis. Selah.

16 לכו שמעו ואספרה
ᵈכל יראי אלהים
אשר עשה לנפשי :
17 אליו ᵉפי קראתי
ורומם תחת לשוני :
18 און אם ראיתי בלבי
לא ישמע * אדני :
19 אכן שמע אלהים
הקשיב בקול תפלתי :
20 ברוך אלהים אשר
לא הסיר תפלתי ᶠ
וחסדו מאתי :

* יהוה 14.

16 Venite audite; et narrabo omnibus timentibus Deum, quæ fecit animæ meæ. 17 Ad ipsum ore meo clamavi, et exaltationes sub linguâ meâ. 18 Si spectassem in corde meo iniquitatem, non exaudisset Dominus. 19 Sed exaudivit *me* Deus; attendit voci orationis meæ. 20 Benedictus Deus, qui non amovit orationem meam *ab ipso*, et misericordiam suam à me.

d. 16. לכל. ל addidi et sensu et metro poscente; exciderat forte, quod vers. præcedens ab eadem litera inceperit.

e. 17. בפי. Sic versus legi postulat. In Hebr. deest præpositio.

f. 20. ממנו. Ex sensu pariter ac metro liquet vocem hanc excidisse, cum illi plane respondeat מאתי.

1 למנצח בנגינות מזמור שיר׃

2 אלהים יחננו ויברכנו
יאר פניו אתנו סלה׃
3 לדעת בארץ דרכך
בכל גוים ישועתך׃
4 יודוך עמים אלהים
יודוך עמים כלם׃
5 ישמחו וירננו לאמים
כי תשפט עמים מישור
ולאמים בארץ תנחם סלה׃
6 יודוך עמים אלהים
יודוך עמים כלם׃
7 ארץ נתנה יבולה
יברכנו אלהים אלהינו׃

1 Præcentori, in fidibus, Psalmus, canticum. 2 Deus misereatur nostri, et benedicat nobis, lucere faciat vultum suum super nos. Selah. 3 Ut cognoscant in terra viam tuam, in omnibus gentibus salutem tuam. 4 Celebrabunt te populi, Deus; celebrabunt te populi omnes. 5 Lætabuntur et ovabunt gentes: quoniam judicabis populos in æquitate, et gentes, in terra duces eas. Selah. 6 Celebrabunt te populi, Deus; celebrabunt te populi omnes. 7 Terra dabit fructum suum, benedicet nobis Deus, Deus noster.

8 יברכנו אלהים * וייראו
אותו כל אפסי ארץ :

* ויראו 24.

8 Deus benedicet nobis, et metuent eum omnes fines terræ.

PSALM. LXVIII. סח

1 למנצח לדוד מזמור שיר :

2 [a] יקום אלהים * יפוצו איביו
† וינוסו משנאיו מפניו :
3 כהנדף עשן תנדף
כהמס דונג מפני אש
יאבדו רשעים מפני אלהים :

* יפצו 16. † וינסו 28.

1 Præcentori, Davidis, Psalmus, canticum. 2 Exurgat Deus, dispergentur inimici ejus, et fugient osores ejus a facie ejus. 3 Sicut propellitur fumus, propelles *eos*; sicut liquescit cera à facie ignis, *sic* peribunt impii à facie Dei.

a. 2. Ad Psalmum jam devenimus, qui, ut

4 וצדיקים ישמחו
יעלצו לפני אלהים
וישישו בשמחה׃
5 שירו לאלהים זמרו שמו
ᵇסלו לרכב בערבות
ᶜביה שמו ועלזו לפניו׃
6 אבי יתומים ודין אלמנות
אלהים במעון קדשו׃
7 אלהים מושיב יחידים ביתה
מוציא אסירים בכושרות
אך סוררים שכנו צחיחה׃

4 Justi autem lætabuntur, exultabunt coram Deo, et gestient in lætitia: 5 Cantate Deum, psallite nomini ejus, *selah*. Equitanti super cœlos; in Jehova *lætamini*, et exultate coram eo. 6 Pater pupillorum, et judex viduarum, Deus in habitaculo sanctitatis suæ. 7 Deus habitare facit unicos in domo, educit vinctos compedibus, rebelles autem habitant *terram* siticulosam;

Muisii verbis utar, *non immerito crux ingeniorum et interpretum opprobrium dici possit. Fatendum enim est, in hoc Psalmo tot ferme scopuli, tot labyrinthi, quot versus, quot verba.* Ignoscet igitur lector, si in tam difficili loco minus ex voto mihi successerit. Verba quæ hoc carmen inchoant sunt illa quibus Moses proficiscente Arca solebat præfari. Num. x. 35. *secunda persona* in *tertiam* hic mutata.

b. 5. סלה. In Hebr. סלו. Mendose, si recte se habet periodus 33. ubi *selah* legitur in loco huic prorsus parallelo.

c. 5. ביה שמו, quæ mendosa lectio, non parum

8 אלהים בצאתך לפני עמך
בצעדך בישימון סלה׃
9 ארץ רעשה אף שמים
נטפו מפני
אלהים זה סיני מפני
אלהים אלהי ישראל׃
10 גשם נדבות תניף
אלהים נחלתך
ונלאה אתה כוננתה׃
11 חיתך ישבו בה תכין
בטובתך לעני אלהים׃
12 אדני יתן אמר
המבשרות[d] צבא רב׃

8 Deus, quum egredereris coram populo tuo, quum incederes per desertum, selah; 9 Terra tremuit, etiam cœli destillaverunt *aquas* a facie JEHOVÆ; iste Sinai a facie Dei, Dei Israelis. 10 Pluviam abundantem elevabas, Deus, *super* hæreditatem tuam, et infirmata est, et tu confirmasti eam. 11 Congregatio tua habitat in ea; paras in bonitate tuâ pauperi, Deus. 12 Dominus dedit sermonem, annunciat exercitus magnus.

turbavit interpretes. ה exciderat, quo restituto facile fit שמהו, quæ procul dubio vera est lectio.

d. 12. המבשר. In Heb. est המבשרות quod sententiam pariter ac versum impedit. Hujus et sequentis periodi

13 מלכי צבאות ידדון ידדון ·
ונות בית תחלק שלל ׃
14 אם תשכבון בין שפתים
כנפי יונה נחפה בכסף
ואברותיה בירקרק חרוץ ׃
15 בפרש שדי
מלכים בה תשלג בצלמון ׃
16 הר אלהים הר בשן
הר גבננים הר בשן ׃

13 Reges exercituum fugerunt, et habitratrix domus
divisit spolia. 14 Si dormieritis inter tripodes, *eri-
tis sicut* pennæ columbæ tectæ argento, et alæ ejus flavo
auro. 15 Quum dissipavit Omnipotens reges in ea,
alba facta est *velut* nix in Salmon. 16 Mons Dei *est*
mons Basan, mons fastigiorum mons Basan.

hic, ni fallor, sensus est. Deo ducente, seu ejus auspiciis, ingens *Israelitarum* exercitus hostes feliciter aggressus est, quibus superatis et in præcipitem fugam versis amplissima spolia victoribus in prædam cesserunt, quam mulierum imbellis turba, quæ non in aciem proficiscebatur, sed domi sedit cum illis partita est.

c. 13. ידדון In Hebr. bis ponitur, mendose, ut ex metro clare constat.

17 למה תרצדון הרים גבננים
ההר חמד אלהים לשבתו
אף יהוה ישכן לנצח :
18 רכב אלהים רבתים
אלפי שנאן אדני בם סיני בקדש :
19 עלית למרום שבית שבי
לקחת מתנות באדם
ואף סוררים * לשכן יה אלהים :

* לשכון ii.

17 Utquid exilitis montes excelsi ? *hunc* montem,
desideravit Deus inhabitare eum ; etiam Jehova inhab-
itabit in seculum. 18 Currus Dei viginti millia,
millia iterata ; Dominus inter eos. *In* Sinai, in *Kad-
esh*, 19 ascendisti in altum, *et* captivam duxisti cap-
tivitatem ; accepisti dona in hominibus, et etiam rebel-
les, inhabitabunt *in hereditate tua*. Jehova Deus.

ŷ. 19. Hic hiatum esse ex sensu pariter ac versu manifestum est ; sed quid exciderit quis certo dixerit ? Mihi diu multumque cogitanti, nihil commodius occurrebat quod insereretur quam בנחלתך. לשכן vero *futuri* vim habet, ut alias non raro.

20 ברוך * אדני יום יום יעמס
לנו האל ישועתנו סלה׃
21 האל לנו † אל למושעות
וליהוה אדני למות תוצאות׃
22 אך אלהים ימחץ ראש איביו
קדקד שער [g] מתהלך באשמיו׃
23 אמר ‡ אדני מבשן אשיב
אשיב ממצלות ים׃
24 למען תמחץ [h] רגלך
בדם לשון כלביך
מאיבים מנהו׃

* יהוה 41. † אל A 13. ‡ יהוה 19.

20 Benedictus Dominus; quotidie confert nobis De-
us salutem nostram. Selah. 21 Deus, nobis *est*
Deus in salutes, et Jehovæ, Domini ad mortem *sunt*
exitus. 22 Certe Deus confringet caput inimico-
rum suorum; verticem capilli ambulantis in delictis su-
is. 23 Dixit Jehova, ex Basan reducam *meos*, redu-
cam de profundis maris. 24 Ut *laves* pedem tuum
in sanguine, linguam canum tuorum, ex inimicis, ex ip-
so.

g. 22. Qualis erat mos populorum in istis regionibus *Arabicis*, qui comam in vertice nutriebant, intenso vertice et coma horrente ferociam animi testante.

h. 24 תרחץ. In Heb.

25 ראו הליכותיך אלהים
הליכות אלי מלכי בקדש :
26 קדמו שרים אחר * נגנים
בתוך עלמות תופפות :
27 במקהלות ברכו אלהים
† אדני ‡ ממקור b ישראל :
28 שם בנימן צעיר || רדם
שרי יהודה רגמתם
שרי זבלון שרי נפתלי :
29 צוה אלהיך עזך § עוזה
אלהים זו פעלת לנו :

* נוגנים 35. † יהוה 11. ‡ מקור 3. || רודם 31.
§ עוזה 44.

25 Viderunt incessus tuos, Deus, incessus Dei mei, *et* Regis mei, in Sancto. 26 Præcedebant cantores, post pulsantes musica instrumenta ; in medio puellæ tympanistriæ. 27 In congregationibus benedixerunt Deo, Domino, *fonti* Israelis. 28 Ibi Benjamin parvulus imperans eis, principes Jehudah duces eorum, principes Zebulon, principes Napthali. 29 Præcepit Deus tuus fortitudinem tuam ; robora, ô Deus, hoc *quod* operatus es nobis,

תמחץ, (quod modo occurrebat p. 22, et ibi est, *confringit.)* Aperto ni fallor, mendo. vid. Ps. lviii, p. 11.

b. 27. מקור. In Heb.

30 מהיכלך על ירושלם
לך יובילו מלכים שי׃
31 גער חית קנה
עדת אבירים בעגלי עמים
מתרפס ברצי כסף
בזר עמים קרבות יחפצו׃
32 יאתיו חשמנים מני מצרים
כוש תריץ ידיו לאלהים׃

30 e templo tuo, propter Jerusalaim; tibi offerent reges munera. 31 Increpa, *Domine*, feras arundinis, congregationem taurorum, dominorum populorum, fastuose incedentium cum fragmentis argenti; disperge populos qui bella volunt. 32 Venient magnates ex Ægypto, Æthiopia celeriter protendet manus suas Deo.

est ממקור. Sed quid sit laudare deum *de fonte Israelis*, fateor me nescire; video quid hic Interpretes, sed coactum est, nec uspiam similis loquutio.

i. 31. בעלי עמים. Sic olim legendum esse suspicatus sum, quod metrice jam abunde comprobat; eodem modo Es. xvi. 8. dicitur בעלי גוים. Sed in Hebr. est בעגלי, quod reddunt *cum vitulis populorum*; loquutio, cui nihil simile.

k. 31. In Hebr. excidit terminatio *pluralis* ים, ut Psal. lviii. p. 6. et sæpe alias. Quid vero hæc velint, non convenit inter interpretes. Mihi *Muisii* sententia placet, *fastuose incedentes*.

l. 32. Gr. πρέσβεις. Alii, melius, ni fallor, *magnates*, seu viri *principes*, ab Arabico חשם, *divitiæ*.

33 ממלכות הארץ שירו
לאלהים זמרו * אדני סלה:
34 לרכב בשמי שמי * קדם
הן יתן בקולו קול † עז:
35 תנו ‡ עז לאלהים על ישראל
גאותו ועזו בשחקים:
36 נורא אלהים ‖ ממקדשיך
אל ישראל הוא נותן
§ עז ותעצמות לעם
ברוך אלהים:

* יהוה 8. † עזו 42. ‡ עזו 17. ‖ ממקדשך 26.
§ עזו 17.

33 Regna terræ cantate Deum, canite Domino; Selah. 34 Equitanti super cœlos antiquos; ecce edit in voce sua, vocem fortitudinis. 35 Date fortitudinem Deo; super Israël magnificentia ejus, et fortitudo ejus in nubibus. 36 Terribilis *es*, Deus, a Sanctuariis tuis, Deus Israël; ipse dat fortitudinem et robora populo. Benedictus Deus.

m. 34. שמי. Geminatur in Hebr. opinor, mendo manifesto,

1 למנצח על שושנים לדוד׃

---

2 הושיעני אלהים כי באו
מים עד נפש׃
3 טבעתי ביון מצולה ואין מעמד
באתי במעמקי מים
ושבלת שטפתני׃
4 יגעתי בקראי נחר גרוני
כלו עיני מיחל[a] לאלהי׃
5 רבו משערות ראשי
*שנאי חנם עצמו
†מצמיתי[b] איבי שקר
אשר לא גזלתי אז אשיב׃

* שונאי .5 † מצמתי .15

1. Præcentori, super Sosannim, Davidis. 2 Serva me, Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam. 3 Demersus sum in limum profundi, et non est subsistentia. Veni in profunda aquarum, et fluxus me demersit. 4 Delassatus sum clamando, siccatum est guttur meum; defecerunt oculi mei dum expecto Deum meum. 5 Multiplicati sunt supra pilos capitis mei osores mei sine causa; numerosi sunt præ *coma mea* inimici mei absque causa; quæ non rapui tunc reddidi.

a. 4. מיחלי. Sic Gr. ἀπὸ τοῦ ἐλπίζειν με, quam lectionem et constructio et metrum firmant.

b. 5. מצמתי. Præ coma mea; certissima, ni valde

6 אלהים אתה ידעת
לאולתי * ואשמותי
ממך לא נכחדו :
7 אל † יבשו בי קויך
אדני יהוה צבאות
אל יכלמו בי מבקשיך
אלהי ישראל :
8 כי עליך נשאתי חרפה
כסתה כלמה פני :
9 מוזר הייתי לאחי
ונכרי לבני אמי :

* ואשמתי 63 † יבושו 19.

6 Deus, tu nosti stultitiam meam; et delicta mea a te non sunt abscondita. 7 Non erubescant in me qui expectant te, Domine, JEHOVA exercituum. Non confundantur in me qui quærunt te, Deus Israël. 8 Quoniam propter te sustinui opprobrium; et operuit confusio faciem meam. 9 Extraneus factus sum fratribus meis, et peregrinus filiis matris meæ.

fallor, hæc emendatio; in *me.*
Hebr. est מצמיתי, *excidentes*

10 כי קנאת ביתך
אכלתני וחרפות
חרפיך נפלו עלי :
11 ואבכה בצום נפשי
ותהי לחרפות לי :
12 ואתנה לבושי שק
ואהי להם למשל :
13 ישיחו בי * ישבי שער
ונגינות † שותי שכר :
14 ואני תפלתי לך יהוה עת רצון
אלהים ברב חסדך ענני באמת ישעך :

* יושבי. 15. † שתי .65

10 Quia zelus domus tuæ, *Domine,* comedit me; et probra eorum qui probris afficiunt te ceciderunt super me. 11 Et flevi, in jejunio anima mea: et fuit in opprobria mihi. 12 Et posui vestimentum meum cilicium; et fui eis in parabolam. 13 Loquebantur contra me sedentes in porta, et cantio *fui* bibentium siceram. 14 Ego vero, oratio mea ad te, JEHOVA, tempore beneplaciti. Deus, propter multitudinem misericordiæ tuæ exaudi me, in veritate salutis tuæ.

15 הצילני מטיט ואל אטבעה
אנצלה משנאי וממעמקי מים :
16 אל תשטפני שבלת מים
ואל תבלעני מצולה
ואל תאטר עלי באר פיה :
17 ענני יהוה כי טוב חסדך
כרב רחמיך פנה אלי :
18 * ואל תסתר פניך מעבדך
כי צר לי מהר ענני :
19 קרבה אל נפשי גאלה
למען איבי פדני :

* אל 8.

15. Eripe me è luto, et ne infigar ; *et* eripiar ab odio
habentibus me, et è profundis aquarum. 16 Ne
demergat me decursus aquarum, ne absorbeat me pro-
fundum, nec claudat super me puteus os suum.
17 Exaudi me, Jehova, quoniam bona *est* misericordia
tua ; secundum multitudinem miserationum tuarum
respice ad me. 18 Et ne abscondas faciem tuam a
servo tuo, quoniam angustia *est* mihi ; festine exaudi
me. 19 Appropinqua ad animam meam, redime
eam ; propter inimicos meos redime me.

20 אתה ידעת חרפתי
ובשתי וכלמתי
נגדך כל * צוררי :
21 חרפה שברה לבי ואנושה •
ואקוה לנוד ואין ׳
ולמנחמים ׳ ולא מצאתי :
22 ויתנו בברותי ראש
ולצמאי ישקוני חמץ :

* צררי 34.

20 Tu nosti probrum meum, et pudorem meum, et ignominiam meam; *et* coram te omnes hostes mei. 21 Probrum contrivit cor meum, et dolor; et expectavi ad condolentem, et non fuit; et ad consolatorem, et non inveni. 22 Et dederunt in escam meam fel, et in siti mea propinaverunt mihi acetum.

a. 21. ואנושה. Hebr. est verbum fut. temp. Sed Gr. pro nomine habuerunt, et verternnt *ταλαιπωρίαν*, recte, ut mihi videtur, sed in eo errarunt quod in quarto casu posuerint, cum sit in primo.

b. 21. ואיננו. Hebr. Quod et sententia et versus reponi postulant.

c. 21. ולמנחם. Sic sensus pariter ac versus legi postulat. Sed in Hebr. est in numero *plurali*.

23 יהי שלחנם לפניהם לפח
ולשלומים [d] למוקש :
24 תחשכנה עיניהם מראות
ומתניהם תמיד המעד :
25 * שפך עליהם זעמך
וחרון אפך ישיגם :
26 תהי טירתם נשמה
באהליהם אל יהי יושב :
27 כי אתה אשר הכית רדפו
ואל מכאוב חלליך יספרו [e] :

* שפוך 25.

23 Sit mensa eorum coram eis in laqueum; et quæ ad paces *eorum*, in offendiculum. 24 Obscurentur oculi eorum ne videant; et lumbos eorum semper nutare fac. 25 Effunde super eos iram tuam, et furor iræ tuæ comprehendat eos. 26 Sit palatium eorum desolatum, in tabernaculis eorum non sit habitans. 27 Quoniam eum quem percussisti persequuntur, et ad dolorem vulneratorum tuorum addiderunt.

d. 23. ולשלומהם. Constructio, pariter ac metrum, ostendit, legendum cum affixo, ut in v. priore שלחנם, i. e. *quæ essent pro eorum pace.*

e. 27. Gr. προσέθηκαν, quod nos ad veram, ni fallor, lectionem ducit, יספו. Hoc enim nexus orationis plane postulare videtur.

28 תנה עון על עונם ואל
יבאו בצדקתך :
29 ימחו מספר חיים
ועם צדיקים אל יכתבו :
30 ואני עני וכואב
ישועתך אלהים תשגבני :
31 אהללה שם אלהים בשיר
ואגדלנו בתודה :
32 ותיטב ליהוה משור
פר מקרן * מפרים :
33 †ראו ענוים ‡ ישמחו
‖ דרשי אלהים ויחי לבבכם :

* ומפרים 24. † יראו 10. ‡ וישמחו 35.
‖ דורשי 8.

28 Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, nec intrent in justitiam tuam. 29 Deleantur è libro viventium, et cum justis non scribantur. 30 Ego autem sum afflictus et dolens; salus tua, ô Deus, exaltet me. 31 Laudabo nomen Dei cum cantico, et magnificabo illud cum laude. 32 Et gratius erit Jehovæ præ bove, *aut* vitulo cornua producente, et ungulas habente. 33 Videbunt humiles, *et* gaudebunt quærentes Deum et vivet cor vestrum.

34 כי שומע אל אביונים
יהוה ואת אסיריו לא בזה :
35 יהללוהו שמים וארץ
ימים וכל * רמש בם :
36 כי אלהים יושיע ציון
ויבנה ערי יהודה
וישבו שם וירשוה :
37 וזרע עבדיו ינחלוה
ואהבי שמו ישכנו בה :

* רומש 19.

34 Quoniam attendit ad pauperes JEHOVA et vinctos
suos non despicit. 35 Laudent eum cœli et terra,
maria, et omnia repentia in eis. 36 Quoniam De-
us servabit Sion, et ædificabit civitates Jehudah ; et ha-
bitabunt ibi, et hæreditate accipient eam. 37 Et
semen servorum ejus possidebit eam, et diligentes no-
men ejus habitabunt in ea.

PSALM. LXX. ע

1 למנצח לדוד להזכיר :

1 Præcentori, Davidis, ad commemorandum.

2 אלהים להצילני
יהוה לעזרתי חושה׃
3 יבשו ויחפרו מבקשי נפשי
יסגו אחור ויכלמו חפצי רעתי׃
4 ישבו על עקב בשתם
* האמרים † האח האח׃
5 ישישו וישמחו
בך כל מבקשיך
ויאמרו תמיד יגדל ‡ אלהים
אהבי ישועתך׃
6 ואני עני ואביון
אלהים חושה לי || עזרי
ומפלטי אתה יהוה אל תאחר׃

* האומרים 8. † לי האח 11.
‡ יהוה tex. et marg. 34. || עזרתי 11.

2 Deus, ad eruendum me, JEHOVA, ad auxilium mei festina. 3 Pudore afficiantur et erubescant quærentes animam meam; avertantur retrorsum et pudefiant volentes malum meum. 4 Revertantur statim *in* pudore suo qui dicunt *mihi*, Euge, euge. 5 Gaudeant et lætentur in te, omnes quærentes te; et dicant semper, Magnificetur JEHOVA, diligentes salutem tuam. 6 Ego autem pauper sum et egenus, Deus, festina ad me; auxilium meum, et meus *es* liberator, JEHOVA, ne tardaveris.

1 בְּךָ יְהוָה חָסִיתִי
אַל אֵבוֹשָׁה לְעוֹלָם׃
2 בְּצִדְקָתְךָ תַּצִּילֵנִי וּתְפַלְּטֵנִי
הַטֵּה אֵלַי אָזְנְךָ וְהוֹשִׁיעֵנִי׃
3 הֱיֵה לִי לְצוּר* מָעוֹן
לָבוֹא תָּמִיד צִוִּיתָ לְהוֹשִׁיעֵנִי
כִּי סַלְעִי וּמְצוּדָתִי אָתָּה׃
4 אֱלֹהַי פַּלְּטֵנִי מִיַּד רָשָׁע
מִכַּף מְעַוֵּל וְחוֹמֵץ׃
5 כִּי אַתָּה תִקְוָתִי אֲדֹנָי
יְהוָה מִבְטַחִי מִנְּעוּרָי׃

* מעוז 15.

1 In te, JEHOVA, speravi, ne pudore afficiar in seculum. 2 In justitia tua eripe me, et erue me; inclina ad me aurem tuam, et serva me. 3 Esto mihi in petram *fortem;* in *domum munitionum* ad salvandum me, quia petra mea, et munitio mea *es* tu. 4 Deus mi, erue me è manu impii, è manu perversi et violenti: 5 Quoniam tu *es* expectatio mea, Domine; JEHOVA, fiducia mea ab adolescentia mea.

a. 3. לבית מצודות. Sic legitur in Ps. xxxi. p. 3. et sic legerunt hic Gr. εἰς τόπον ὀχυρὸν; sed hic in Heb. est לבוא תמיד צוית. Qui spectarit vel verborum horum sensum, vel metrum, vel literarum ductus, vel versionem Gr. mecum, opinor, credet hanc esse alterius lectionis notabilem corruptionem.

6 עליך נסמכתי מבטן
ממעי אמי אתה גוזי ᵇ
בך תהלתי תמיד׃
7 כמופת הייתי לרבים
ואתה מחסי עז׃
8 ימלא פי תהלתך
כל היום תפארתך׃
9 אל תשליכני לעת זקנה
ככלות כחי אל תעזבני׃

6 Tibi innixus sum ab utero; è visceribus matris meæ tu extractor meus *es*, *et* in te laus mea semper. 7 Tanquam portentum fui multis; at tu fiducia mea prævalida. 8 Replebitur os meum laude tuâ, totâ die gloriâ tuâ. 9 Ne abjicias me tempore senectutis, quum defecerit fortitudo mea ne derelinquas me.

b. 6. In loco huic parallelo, Psal. xxii. p. 10. est גחי, *eductor meus*, qui me ex utero educebas, quomodo hic legendum puto, cum גוז nusquam alias occurrat, nec verbum unde provenit quicquam significet, quod loco huic conveniat.

כי אמרו · איבי לי 10
* ושמרי נפשי נועצו יחדו׃
לאמר אלהים עזבו 11
רדפו ותפשוהו כי אין מציל׃
אלהים אל תרחק ממני 12
אלהי לעזרתי חושה׃
יבשו † יכלו · שטני נפשי 13

* ושומרי 7. † ויכלמו 3.

10 Quia *efferunt se* inimíci mei, et observantes animam meam, consilium inierunt in unum ; 11 Dicendo, Deus dereliquit eum ; persequimini, et comprehendite eum, quia non est qui eripiat. 12 Deus, ne elongeris à me ; Deus mi, ad auxilium meum festina. 13 Pudore afficiantur, et erubescant simul, adversarii animæ meæ ;

c. 10. Cum sensus pariter ac versus laboret, legi יתאמרו, ut Ps. xciv. p. 4. ubi interpretantur, *efferunt se, gloriantur* ; sensu non incommodo ; sed forte alia etiam vis illi subest, et reddi potest *deliberant, consilia inter se agitant*, aut aliquid ejusmodi.

d. 13. ויכלמו יחדו. Quædam hic excidisse ex me-

יַעֲטוּ חֶרְפָּה וּכְלִמָּה מְבַקְשֵׁי רָעָתִי׃
14 וַאֲנִי תָּמִיד אֲיַחֵל
וְהוֹסַפְתִּי עַל כָּל תְּהִלָּתֶךָ׃
15 פִּי יְסַפֵּר צִדְקָתֶךָ
כָּל הַיּוֹם תְּשׁוּעָתֶךָ
כִּי לֹא יָדַעְתִּי סְפֹרוֹת׃
16 אָבוֹא בִּגְבֻרוֹת אֲדֹנָי יְהוִה
אַזְכִּיר צִדְקָתְךָ לְבַדֶּךָ׃
17 אֱלֹהִים לִמַּדְתַּנִי מִנְּעוּרָי
וְעַד הֵנָּה אַגִּיד נִפְלְאוֹתֶיךָ׃

operiantur probro et pudore, quærentes malum meum.
14 Ego autem semper expectabo, et adjiciam super omnem laudem tuam.
15 Os meum narrabit justitiam tuam, totâ die salutem tuam; nam non novi numeros *earum*.
16 Ingrediar in potentias JEHOVÆ; recordabor justitiæ tuæ solius.
17 Deus, docuisti me ab adolescentia mea; et hactenus annunciavi mirabilia tua.

tro certum est. Primam vocem restitui ex Ps. xxxv. p. 4. alteram ex ejusdem Psalmi p. 26. uterque locus cum hoc conferri debet, cum sint perquam similes.

c. 16. יהוה Præit in Hebr. אדני quod e margine irrepsit. Vid. Ps. lxviii. p. 23.

18 וגם עד זקנה ושיבה
אלהים אל תעזבני
עד אגיד זרועך לדור
לכל יבא גבורתך :
19 וצדקתך אלהים
עד מרום אשר עשית גדלות
אלהים מי כמוך :
20 אשר * הראיתנו צרות רבות
ורעות תשוב † תחיינו
ומתהומות הארץ תשוב ‡ תעלנו :
21 תרב גדלתי § ותסב תנחמני :

* הראיתני 20. † תחייני 13. ‡ תעלני 31. § ותסוב 13.

18 Quin et usque ad senium et canitiem, Deus, ne derelinquas me, donec annunciem brachium tuum generationi *huic*, omni qui venturus est fortitudinem tuam. 19 Justitia tua, Deus, *est* usque in excelsum, qui fecisti magna. Deus, quis sicut tu? 20 qui ostendisti mihi angustias multas et malas; iterum vivificasti me, et ex voraginibus terræ ascendere fecisti me. 21 *Iterum* auxisti magnitudinem meam, et conversus consolatus es me.

ỳ. 20. In Hebræo præit תשוב, loco alieno, cum sequens periodus ab illo inchoanda sit; uti ex sensu æque ac versu patet.

22 גם אני אודך בכלי
נבל אמתך אלהי אזמרה
לך בכנור קדוש ישראל׃
23 תרננה שפתי כי אזמרה
לך ונפשי אשר פדית׃
24 גם לשוני כל היום
תהגה צדקתך כי בש
כי חפרו מבקשי רעתי׃

22 Etiam ego celebrabo te instrumento nablii, veritatem tuam, Deus mi, cantabo in cithara tibi, Sancte Israelis. 23 Exultabunt labia me, quum canam tibi; et anima mea quam redemisti. 24 Sed et lingua mea totâ die meditabitur justitiam tuam; quia pudore affecti sunt, quia pudefacti sunt, quærentes malum meum.

PSALM. LXXII. עב

לשלמה׃

1 אלהים משפטך למלך תן
וצדקתך לבן מלך׃

Salomoni. 1 Deus, judicia tua Regi da, et justitiam tuam filio Regis.

2 ידין עמך בצדק
ועניך במשפט :
3 ישאו הרים שלום לעם
וגבעות בצדקה :
4 ישפט עניי עם יושיע
לבני אביון וידכא עושק :
5 * ייראוך עם שמש
ולפני ירח דור [a] דורים :
6 ירד כמטר על גז
כרביבים זרזיף [b] ארץ :
7 יפרח בימיו † צדיק [c]

* יראוך 1. 1. † צדק 3.

2 Judicabit populum tuum in justitia, et pauperes tuos in judicio. 3 Afferent montes pacem populo, et colles cum justitia. 4 Judicabit pauperes populi, *et* servabit filios pauperis, et conteret calumniatorem. 5 Timebunt te cum Sole, et ante Lunam, *in* generationem generationum. 6 Descendet sicut pluvia super desectam herbam, sicut stillæ *stillantes* super terram. 7. Florebit in diebus ejus *justitia*,

a. 5. Constructio æque ac metrum præfixum postulat.

b. 6. Gr. στάζουσαι. זרזיף est vox quadrilittera, prima radicali geminata, a זרף quod mutato ע in ז est idem ac ערף, *stillare*, quo sensu occurrit, Deut. xxxii. 2. et xxxiii. 28.

c. 7. צדק. Et sic Gr. δικαιοσύνη. Quam veram esse lectionem seq. versiculus evidenter ostendit.

ורב שלום עד בלי ירח :
8 וירד מים עד ים
ומנהר עד אפסי ארץ :
9 לפניו יכרעו ציים
ואיביו עפר ילחכו :
10 מלכי תרשיש ואיים מנחה ישיבו
מלכי שבא וסבא אשכר יקריבו :
11 וישתחוו לו כל מלכים
כל גוים יעבדוהו :
12 כי יציל אביון משוע
ועני ואין עזר לו :
13 *יחס על דל ואביון
ונפשות אביונים יושיע :

* יחוס 21.

et multitudo pacis, donec non *sit* luna. 8 Et dominabitur à mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos terræ. 9 Coram illo procident incolæ deserti; et inimici ejus pulverem lingent. 10 Reges Tarsis et insularum munus afferent; reges Sheba et Seba munus offerent. 11 Et incurvabunt se ei omnes reges; omnes gentes servient ei. 12 Quia liberabit egenum clamantem; et pauperem, cui non est auxiliator. 13 Parcet tenui et egeno; et animas egenorum servabit.

14 מתוך ומחמס יגאל נפשם
* ויקר דמם בעיניו :
15 ויחי d ויתן לו מזהב
שבא ויתפלל בעדו תמיד
כל היום יברכנהו :
16 יהי פסת e בר בארץ
בראש הרים ירעש
כלבנון פריו ויציצו
מעיר כעשב הארץ :

* ויקר 46.

14 A dolo, et ab iniquitate redimet animam eorum ;
et pretiosus sanguis eorum in oculis ejus *erit*. 15 Et
dabitur ei de auro Sheba ; et orabunt pro eo semper,
tota die benedicent ei. 16 Erit *abundantia* frumenti
in terra in capite montium ; contremiscet fructus ejus
sicut Libanon ; et florebunt de civitate sicut herba terræ.

d. 15. יחי. In Hebr. ויחי, *et vivet*, et periodum inchoat. Sed quo sensu ? sin legas יחי, et præcedenti versiculo adjungas, ambiguitas omnis statim tollitur ; et utriusque periodi numeri erunt venustissimi.

e. 16. *Pugillus* vel *particula* frumenti ; sed nihil mea quidem sententia magis ab hoc loco alienum, ubi copia maxima describitur. Nisi igitur verbum significet non modo *defecit*, *imminutum fuit*, sed etiam sensu prorsus huic contrario, *abundare*, *augeri*, (quod nonullis quidem verbis accidit) nullus dubito vocem hanc in mendo esse, et legendum משה a משה, *expandit*, *diffudit*.

17 יהי שמו לעולם
לפני שמש * ינן שמו
ויתברכו בו f
כל גוים יאשרוהו :
18 ברוך יהוה g אלהים אלהי
ישראל † עשה נפלאות לבדו :
19 וברוך שם כבודו
לעולם וימלא כבודו
את כל הארץ אמן ואמן :
20 כלו תפלות דוד בן ישי h :

* ינון 57. † עושה 11.

17 Erit nomen ejus in seculum, coram Sole propagabitur nomen ejus; et benedicent se in eo *omnes tribus terræ;* omnes Gentes beatum dicent eum. 18 Benedictus JEHOVA, Deus Israëlis, qui facit mirabilia solus. 19 Et benedictum nomen gloriæ ejus in seculum; repleatur gloriâ ejus universa terra. Amen et amen. 20 Finem habent orationes Davidis filii Jesse.

f. 17. Hæc quæ exciderant, addidi ex Gr. Versione, πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς.

g. 18. יהוה. Sequitur in Hebr. אלהים, quod, opinor, e margine irrepsit.

h. 20. Hic desinit secundus Psalmorum liber. Ad verbum, *finiunt preces Davidis filii* Jesse; Gr. ἐξέλιπον οἱ ὕμνοι Δαβὶδ τοῦ υἱοῦ Ἰεσσαί. Ex quibus, opinor certo concludi posse, Psal-

ספר שלישי

PSALM. LXXIII. עג

מזמור לאסף :

1 אך טוב לישראל
אלהים לברי לבב :
2 ואני כמעט * נטוי רגלי
כאין † שפכה אשרי :
3 כי קנאתי בהוללים
שלום רשעים אראה :

* נטיו 13. † שפכו 8.

Psalmus Asaph. 1 Profecto bonus est Israëli
Deus, mundis corde ; 2 Sed ego, pene declinaverunt
pedes mei ; fere nihil *absfuit quin* effusi sint gressus mei.
3 Quia zelavi in insanos, et pacem impiorum vidi.

morum volumen, quod hic finitur, editum fuisse et evulgatum, ante illos libros qui hunc sequuntur. Sed hinc non concludi potest Psalmos qui præcesserint, omnes Davidis esse, sed volumini nomen a majore parte Psalmorum inditum. Neque sane hinc certo colligi potest, utrum hi duo priores libri, simul ederentur, an alter ante alterum. Nedum ex his verbis recte collegeris nullos esse Davidis Psalmos præter eos qui his prioribus libris continentur ; nec ullis indiciis certo sciri potest, quo tempore ederetur volumen quod hic finitur.

4 כי אין חרצבות למותם
וברא אולם :
5 בעמל אנוש אינימו
ועם אדם לא ינגעו :
6 לכן ענקתמו גאוה
יעטף שית ּ חמס למו :
7 יצא מחלב עינימו
עברו משכיות לבב :
8 ימיקו וידברו ברע
עשק ממרום ידברו :
9 שתו בשמים פיהם
ולשונם תהלך בארץ :

4 Quia non sunt ligamenta in morte eorum, et firmum robur eorum. 5 In labore hominum non sunt; et cum hominibus non flaggellantur. 6 Ideo in modum torquis cingit eos superbia, operit *ut* ornamentum violentia eos. 7 Exit præ adipe oculus eorum; transgrediuntur cogitationes cordis. 8 Tabescere faciunt, et loquuntur cum malo; calumniam de excelso loquuntur. 9 Ponunt in cœlum os suum, et lingua eorum ambulat in terra.

a. 6. כ. et constructio Vid. Ps. civ. p. 2. et 6. et metrum inseri postulant.

10 לכן * ישיב עמו ᵇ הלום
ומי מלא ימצו למו :
11 ואמרו איכה ידע אל
ויש דעה בעליון :
12 הנה אלה רשעים
ושלוי עולם השגו חיל :
13 אך ריק זכיתי לבבי
וארחץ בנקיון כפי :
14 ואהי נגוע כל היום
ותוכחתי ᶜ לבקרים :

* ישוב 35.

10 Ideo revertitur populus *tuus* huc, et aquæ pleni *calicis* exprimuntur eis. 11 Et dicunt, Quomodo novit Deus? et an est scientia in excelso? 12 Ecce, isti impii, et pacati seculi, auxerunt divitias. 13 Verè in vanum mundavi cor meum, et lavi in munditia manus meas. 14 Et fui flagellatus omni die, et *fuit* increpatio mea singulis matutinis.

b. 10. Locus difficillimus et obscurissimus. Si secundus periodi hujus versus recte se habet, pro עמו legendum עמך, ut p. 15. בניך, oratione ad Deum conversa, vel עם sine affixo.

c. 14. Suspicor legendum והוכחתי, in hiphhil, sic enim *nexus* videtur postulare.

15 אם אמרתי אספרה כמו
הנה דור בניך בגדתי ׃
16 ואחשבה לדעת זאת
עמל הוא בעיני ׃
17 עד אבוא אל מקדשי אל
אבינה לאחריתם ׃
18 אך בחלקות תשית למו
הפלתם למשואות ׃
19 איך היו לשמה כרגע
ספו תמו מן בלהות ׃
20 כחלום מהקיץ d
* אדני בעיר צלמם תבזה ׃

* יהוה ז.

15 Si dicam, narrabo sicut *illi;* ecce generatio filiorum tuorum *dicent quod* prævaricatus sum. 16 Itaque cogitabam ut scirem hoc, *sed* labor fuit in oculis meis. 17 Donec ingrederer in Sancturia Dei, et intelligerem novissimum eorum. 18 Profecto in locis lubricis posuisti eos, corruere facis eos in desolationes. 19 Quomodo fuerunt in desolationem quàm cito! defecerunt, consumpti sunt a terroribus. 20 Velut somnium ex quo evigilant, Domine, in urbe imaginem eorum spernes.

d. 20. מהקיצם. Suf- fixum excidisse in Hebr.

21 כי יתחמץ לבבי
וכליותי אשתונן׃
22 ואני בער ולא אדע
בהמות · הייתי עמך׃
23 ואני תמיד עמך
אחזת ביד ימיני׃
24 בעצתך תנחני
ואחר כבוד תקחני׃
25 מי לי בשמים ועמך
לא חפצתי בארץ׃
26 כלה שארי ולבבי צור לבבי
וחלקי אלהים לעולם׃

21 *Sic* excandescebat cor meum, et *in* renibus meis pungebar. 22 Ego autem insipiens *eram*, nec cognoscebam; *ut* jumentum eram. 23 Tamen ego semper tecum *fui*, tenuisti manum dextram meam. 24 Consilio tuo deduxisti me, et postea *cum* gloria excepisti me. 25 Quis mihi *est* in cœlo? et tecum nolo *quenquam* in terra. 26 Defecerat caro mea et cor meum; robur *autem* cordis mei, et pars mea *est* Deus in seculum.

ostendit metrum. בעיר vero Gr. mihi videntur recte reddidisse ἐν τῇ πόλει.

c. 22. In Hebr. deest כ quæ ante ב exciderat, propter literarum summam

27 כי הנה רחקיך יאבדו
* הצמתה כל זונה ממך :
28 ואני קרבת אלהים לי טוב
שתי באדני יהוה מחסי
לספר כל מלאכותיך :

* הצמת 10.

27 Quoniam, ecce, qui se elongant à te, peribunt; succidis omnem fornicantem à te. 28 At ego, accessus ad Deum mihi est bonus; posui in Domino, Jehova spem meam, ut enarrem omnia opera tua.

P S A L M. LXXIV. עד

משכיל לאסף :

---

1 למה אלהים זנחת לנצח
יעשן אפך בצאן מרעיתך :

Didacticon, Asaph. 1 Ut quid, Deus, repulisti *nos* in seculum? fumat furor tuus contra pecudes pascuæ tuæ?

similitudinem. Sequitur in Hebr. עמך quod manifesto irrepsit ex seq. vers.

זכר עדתך קנית קדם *
גאלת שבט נחלתך
הר ציון זה שכנת בו :
3 הרימה פעמיך · למשאות נצח
כל הרע אויב בקדש :
4 שאגו צרריך בקרב † מועדך
שמו אותתם ‡ אתות :
5 יודע · כמביא למעלה
בסבך עץ קרדמות :

* זכור 25. † מועדיך 59. ‡ אותות 30.

2 Recordare congregationis tuæ *quam* acquisivisti ab antiquo; redemisti virgam hæreditatis tuæ, et montem Sion in quo habitas. 3 Leva vestigia tua, *perde* omnem inimicum *qui* malefecit in Sancto. 4 Rugierunt hostes tui in medio conventuum tuorum; posuerunt signa sua signa. 5 Et nunc, velut afferens superne in perplexitatem ligni secures,

a. 3. Sequitur in Hebr. למשאות נצח. Sed metrum, et sensus, et orationis nexus repugnant; quid enim est *tollere pedes ad desolationes?* Et quare additur *perpetuas*, cum Psaltes Deum oret ut finem illis imponat, et diruta instauret? Hæc igitur errore librarii huc puto traducta ex Ps. præcedente, p. 18. Sed hæc si tollas mutilus erit versus, cui facile succurritur addendo כלה ex periodo undecima, ubi abundat.

b. 5. Periodus hæc om-

6 * ועת פתוחיה יחד
בכשיל וכילפות יהלמון :
7 שלחו באש מקדשך
לארץ חללו משכן שמך :
8 אמרו בלבם נינם יחד
שרפו כל מועדי אל בארץ :

ועתה 42.

6 Exciderunt cælaturas ejus pariter, bipennibus et malleis dejecerunt. 7 Miserunt in ignem Sanctuarium tuum, in terram polluerunt tabernaculum nominis tui. 8 Dixerunt in corde suo, depopulabimur eos pariter : incenderunt omnia tabernacula Dei in terra.

nibus merito visa est obscurissima. In Hebr. est יודע Gr. καὶ οὐκ ἔγνωσαν, quasi legissent ידעו, sed unde καὶ οὐκ hauserint nescio. Pro ידעו vero, inserto נ, legendum יגדעו, *exciderunt*, et hæc periodus sequenti videtur postponenda; tunc nulla supererit obscuritas vel difficultas. Atque hæc vera, ni fallor, loci hujus constitutio ; ועתה enim et quæ sequuntur in periodo sexta, plano nexu sequuntur quartam, qua narrantur vastationes quas fecerant, et periodo quinta earum repræsentatio augetur. *Exciderunt* quæ in templo erant, quasi cum securibus in *sylvam densam* ascendissent. Ordine vero quo nunc sunt hæ periodi, ועתה nexum orationis interrumpit, et decrescit narratio, quæ augeri debuerat.

9 אתותינו לא ראינו אין עוד נביא
ולא אתנו יודע עד מה :
10 עד מתי אלהים יחרף צר
ינאץ אויב שמך לנצח :
11 למה [d] תשיב ידך
וימינך מקרב חוקך כלה :
12 ואלהים מלכי מקדם
* פעל ישועות בקרב הארץ :
13 אתה פוררת בעזך
ים שברת ראשי
תנינים על המים :

† פועל 14.

9 Signa nostra non *amplius* videmus, non est ultra Propheta, nec est nobiscum qui cognoscat usquequo.
10 Usquequo, Deus, probris afficiet *te* adversarius? spernet inimicus nomen tuum in seculum?
11 Ut quid, *Deus*, *non* reducis manum tuam, et dexteram tuam e medio sinus tui?
12 Deus autem Rex meus ante secula, operans salutes in medio terræ.
13 Tu confregisti fortitudine tua mare, confregisti capita cetorum in aquis.

c. 9. עוד. Et sensus et metrum inseri postulant.

d. 11. Sententia hujus periodi facit ut suspicer, post למה excidisse אל לא, *cur, deus, non educis manum tuam e sinu?* Vid. Ps. lxxxi. p. 15.

e. 11. Sequitur in Hebr. כלה; absurde pror-

14 אתה רצצת ראשי לויתן
תתננו מאכל לעם לציים :
15 אתה בקעת מעין ונחל
אתה הובשת נהרות איתן :
16 לך יום אף לך לילה אתה
הכינות מאור ושמש :
17 אתה הצבת כל גבולות ארץ
קיץ וחרף אתה יצרתם :
18 זכר זאת אויב חרף יהוה
ועם נבל נאצו שמך :
19 אל תתן לחית נפש תורך
חית ענייך אל תשכח לנצח :

14 Tu contrivisti capita Crocodili, dedisti eum escam populo, eremicolis. 15 Tu excidisti fontem et torrentem; tu siccasti fluvios fortes. 16 Tuus *est* dies, etiam tua *est* nox, tu præparasti lumen et solem. 17 Tu statuisti omnes terminos terræ; æstatem et hyemem tu formasti ea. 18 Memento hujus, inimicus probris affecit, JEHOVA, et populus stultus sprevit nomen tuum. 19 Ne tradas bestiis animam turturis tuæ; pauperes tuos ne obliviscaris in æternum.

sus, nisi plura, quæ sequi debuerant ad explendum sensum, exciderint.

ỷ. 19. חית. Errore, opinor, librarii; vix enim credibile Psalten voluisse

20 הבט לברית כי מלאו
מחשכי ארץ נאות חמס :
21 אל * ישב דך נכלם
עני ואביון יהללו שמך :
22 קומה אלהים ריבה
ריבך זכר חרפתך
מני נבל כל היום :
23 אל תשכח קול צרריך
שאון קמיך † עולה תמיד :

* ישוב 34. † עלה 54.

20 Respice ad pactum, quia repleta sunt loca tenebrosa terræ habitationibus iniquitatis. 21 Ne redeat attritus affectus pudore; pauper et mendicus laudent nomen tuum. 22 Surge, Deus, judica causam tuam; memento probri tui a stulto omni die. 23 Ne obliviscaris vocis hostium tuorum; sonitus insurgentium in te ascendit semper.

in eadem periodo eadem voce uti et de *suis*, et de eorum adversariis, idque, cum diverso sensu intelligi necesse sit; si enim retineatur, vox quæ priore versiculo reddita est θήρια, hic reddenda erit, non ψυχὴ, Gr. sed *συναγωγὴ*, *cœtus*.

1 למנצח אל תשחת מזמור לאסף שיר׃

2 הודינו לך אלהים הודינו
וקרוב שמך ספרו נפלאותיך׃
3 כי אקח מועד
אני מישרים * אשפט׃
4 † נמגים ארץ וכל ‡ ישביה
אנכי תכנתי עמודיה סלה׃
5 אמרתי להוללים אל § תהלו
ולרשעים אל תרימו קרן׃
6 אל תרימו למרום קרנכם
תדברו [a] בצואר עתק׃

* אשפוט 16. † נמוגים 40. ‡ יושביה 17. § תהולו 15.

1 Præcentori, ne disperdas, Psalmus Asaph, canticum.
2 Celebrabimus te, Deus, celebrabimus; etenim propinquum *esse* nomen tuum, narrant mirabilia tua.
3 Quum recepero conventum, ego recte judicabo.
4 Liquefiunt terra et omnes habitatores ejus; ego *vero* stabiliam columnas ejus. Selah.
5 Dixi insanis, ne insaniatis; et impiis, ne exaltetis cornu:
6 Ne extollatis in excelsum cornu vestrum, *neque* loquamini collo pingui.

a. 6. אל. Et sensus et metrum præfigi postulant Et sic Gr. μὴ λαλεῖτε.

7 כי לא ממוצא וממערב
ולא ממדבר [b] הרים׃
8 כי אלהים שופט
זה ישפיל וזה ירים׃
9 כי כוס ביד יהוה ויין חמר
מלא מסך ויגר מזה
אך שמריה ימצו
ישתו כל רשעי ארץ׃
10 ואני אגיל [c] לעולם
אזמרה לאלהי יעקב׃

7 Quia nec ab Exortu, nec ab Occidente, neque à deserto; 8 Deus enim judex *est*; hunc humiliat, et illum exaltat. 9 Quia calix in manu Jehovæ, et vinum merum; plenum miscuit, et effundit ex hoc; et fæces ejus exprimentur, bibent omnes impii terræ. 10. Ego autem in Jehova lætabor in seculum; psallam Deo Jacob.

b. 7. In Hebr. sequitur הרים; quod est varia, ni fallor, lectio τοῦ ירים in seq. versiculo, ideoque in marginem relegandum.

c. 10. Manifestum est ex sensu pariter ac versu locum esse mutilum; et si conferas hunc versiculum cum sequente, liquebit ex אזמרה præcessisse אגיל, non אגיד, et præcessisse יהוה. Gr. priorem emendationis partem firmant reddendo, ἀγαλλιάσομαι.

11 וכל^d קרני רשעים אגדע
תרוממנה קרנות צדיק :

11 Omnia cornua impiorum confringam, et exaltabuntur cornua justi.

PSALM. LXXVI. ע

1 למנצח בנגינת מזמור לאסף שיר :

2 נודע ביהודה אלהים
בישראל גדול שמו :
3 ויהי בשלם סכו
ומעונתו בציון :
4 שמה שבר רשפי קשת
מגן וחרב ומלחמה סלה :
5 נאור אתה אדיר מהררי טרף :

1 Præcentori in Neginoth, Psalmus Asaph, canticum.
2 Notus in Jehudah Deus; in Israel magnum nomen
ejus. 3 Et est in Salem tabernaculum ejus, et ha-
bitatio ejus in Sion. 4 Illic confregit sagittas arcus,
scutum, et gladium, ac bellum. Selah. 5 Splen-
didus tu, et magnificus præ montibus prædæ.

d. 11. In Hebr. וכל; sed ex metro liquet copulam ad sequentem versiculum pertinere, quæ vix illa carere potest. Gr. utrique præfixerunt.

6 אשתוללו ª אבירי לב
נמו שנתם ולא מצאו
כל אנשי חיל ידיהם :
7 מגערתך אלהי יעקב
נרדם * ורכב ᵇ וסוס :
8 אתה נורא אתה ומי יעמד
לפניך מאז אפך :
9 משמים השמעת דין
ארץ יראה ושקטה :
10 בקום למשפט אלהים
להושיע כל ענוי ארץ סלה :

* רכב .8

6 Spoliati fuerunt fortes corde; dormierunt somnum suum, nec invenerunt omnes viri fortes manus suas. 7 Propter increpationem tuam, Deus Jacob, consopiti sunt currus et equus. 8 Terribilis tu, et quis stabit coram te, ex quo *est* ira tua? 9 E cœlis audiri fecisti judicium; terra timuit et quievit. 10 Quum exurgeres ad judicium, Deus, ut servares omnes humiles terræ. Selah.

a. 6. א, loco ה, contra analogiam, e more Chaldaico.

b. 7. נרדמו רכב. Et sic Gr. ἐνύσταξαν. In Hebr. mendum aperte est.

11 כי חמת אדם תודך
שארית חמות תחגור :
12 נדרו ושלמו ליהוה
אלהיכם כל סביביו
יובילו שי למורא :
13 * יבצר ᶜ רוח נגידים
נורא למלכי ארץ :

* ובצר I.

11 Quia ira hominis laudabit te; residuum irarum constringes. 12 Vovete, et reddite Jehovæ, Deo vestro, omnes qui *estis* in circuitu ejus. Afferant munus terribili, *et* 13 succidenti spiritum principum; terribili regibus terræ.

PSALM. LXXVII. עז

1 למנצח על ידיתון לאסף מזמור :

---

2 קולי אל אלהים ואצעקה
קולי אל אלהים והאזין אלי :

1 Præcentori *super* Jeduthun, Asaph, Psalmus. 2 Vox mea ad Deum, et clamo; vox mea ad Deum, et auscultavit mihi.

c. 13. ו nempe errore librarii in י mutatum.

3 ביום צרתי * אדני דרשתי
ידי לילה נגרה ולא תפוג
מאנה הנחם [a] נפשי׃
4 אזכרה אלהים ואהמיה
אשיחה ותתעטף רוחי סלה׃
5 אחזת שמרות עיני
נפעמתי ולא אדבר׃
6 חשבתי ימים מקדם
שנות עולמים׃
7 אזכרה [b] נגינתי בלילה
עם לבבי אשיחה ויחפש רוחי׃

* יהוה 18.

3 In die angustiæ meæ Dominum quæsivi; manus mea noctu effusa est, nec quiescebat; renuebat consolari anima mea. 4 Recordabar Dei, et tumultuabar; meditabar, et defecit spiritus meus. Selah. 5 Tenuisti vigilias oculorum meorum; contritus sum nec loquebar. 6 Cogitabam dies antiquos, annorum seculorum 7 recordabar. Noctu cum corde meo meditabar, et scrutabatur spiritus meus.

a. 3. להנחם. Metrum postulat *præfixum*, quod in Hebr. deest.
b. 7. אזכרה. Manifestum est ex metro verbum hoc ad sextam periodum pertinere, non sequentem inchoare. In Hebr. hanc vocem sequitur נגינתי. Quod extra versum esse ex

8 הלעולמים יזנח * אדני
ולא יוסיף לרצות עוד׃
9 האפס לנצח חסדו
גמר אמר לדר ודר׃
10 השכח חנות ^c אל
אם קפץ באף רחמיו סלה׃
11 ואמר חלותי ^d
היא שנות ימין עליון׃
12 אזכיר מעללי יה
כי † אזכרה מקדם פלאך׃
13 והגיתי בכל ‡ פעלך

* יהוה 18. † אזכור 20. ‡ פעליך 16.

8 Nunquid in secula repellet *me* Dominus? nec perget bene velle adhuc? 9 Nunquid defecit in seculum misericordia ejus? defecit verbum in generationem et generationem? 10 Nunquid oblitus est misereri Deus? num conclusit in ira misericordias suas? Selah. 11 Et dixi *in ægritudine* mea, hæc est mutatio dextræ Excelsi. 12 Recordor operum Jehovæ; recordor a principio mirabile tuum. 13 Et meditor in omnibus operibus tuis,

metro pariter ac sensu liquet. Ad musicam spectat, et e margine in textum irrepsit. Vid. ad Psal. ix. p. 17.

c. 10. In Hebr. deest *præfixum* ל, quo versus carere nequit.

d. 11. בחלותי. In *ægritudine mea*, ut Psal. xxxv. p. 13.

וּבַעֲלִילוֹתֶיךָ אָשִׂיחָה׃
14 אלהים בקדש דרכך
מי אל גדול כאלהים •׃
15 אתה האל * עשה פלא
הודעת בעמים עזך׃
16 גאלת בזרוע עמך
בני יעקב ויוסף סלה׃
17 ראוך מים אלהים
ראוך מים יחילו
אף ירגזו תהמות׃
18 זרמו מים עבות
קול נתנו שחקים
אף חציך יתהלכו׃

* עושה 6.

et de factis tuis loquor. 14 Deus, in sanctitate via
tua; quis Deus magnus sicut Deus *noster?* 15 Tu
es Deus qui facis mirabile; notam fecisti in populis
fortitudinem tuam. 16 Redemisti in brachio popu-
lum tuum, filios Jacob et Joseph. Selah. 17 Vi-
derunt te aquæ Dei, viderunt te aquæ et timuerunt;
etiam commotæ sunt abyssi. 18 Inundaverunt aquis
nubes, vocem dederunt cœli; etiam sagittæ tuæ discur-
rerunt.

v. 14. באלהינו, Sic Gr. ὁ Θεὸς ἡμῶν.

19 קול רעמך בגלגל
האירו ברקים תבל
רגזה ותרעש הארץ׃
20 בים דרכך
ושביליך במים רבים
ועקבתיך לא נודעו׃
21 נחית כצאן עמך
ביד משה ואהרן׃

19 Vox tonitrui tui in rotunditate, illustraveruut fulgura orbem, commota est et contremuit terra. 20 In mari via tua, *Jehova*, et semita tua in aquis multis, et vestigia tua non sunt cognita. 21 Deduxisti sicut oves populum tuum, per manum Mosis et Aharon.

PSALM. LXXVIII. עח

משכיל לאסף׃

1 האזינה [a] עמי תורתי
הטו אזנכם לאמרי פי׃

Didacticon, Asaph. 1 Auscultate, popule mi, Legem meam, inclinate aurem vestram ad verba oris mei.

a. 1. האזינו. Sic legendum videtur cum sequatur הטו. Et Gr. προσέχετε. Sed in Hebr. est in *singulari*.

אפתחה במשל פי 2
אביעה חידות מני קדם׃
אשר שמענו ונדעם 3
* ואבתינו ספרו לנו׃
לא נכחד ᵇ מבניהם 4
לדור אחרון מספרים
תהלות יהוה ועזוז
ונפלאתיו אשר עשה׃
ויקם עדות ביעקב 5
ותורה שם בישראל
אשר צוה את אבותינו
להודיעם לבניהם׃

* ואבותינו .42

2 Aperiam in parabola os meum, loquar ænigmata à principio. 3 Quæ audivimus et cognovimus, et patres nostri narraverunt nobis. 4 Non abscondemus ea à filiis eorum, generationi posteræ narrantes laudes JEHOVÆ et fortitudinem ejus, et mirabilia ejus quæ fecit.
5 Statuit testimonium in Jacob, et Legem posuit in Israël, quæ præcepit patribus nostris, ut nota facerent ea filiis suis :

b. 4. Suffixum in Heb. excidit, ם proxime sequente.

6 למען ידעו דור אחרון
בנים יולדו * יקמו
ויספרו לבניהם:
7 וישימו באלהים כסלם
ולא ישכחו מעללי אל
ומצותיו ינצרו:
8 ולא יהיו כאבותם
דור סורר ומרה דור
לא הכין לבו ולא
נאמנה את אל רוחו:
9 בני אפרים נושקי רומי קשת
הפכו ביום קרב:

* יקומו 40.

6 Ut cognosceret generatio postera, filii *qui* nascerentur, exurgerent et narrarent filiis suis. 7 Ut ponerent in Deo spem suam, nec obliviscerentur operum Dei, et mandata ejus custodirent. 8 Nec essent sicut patres sui, generatio prava et rebellis, generatio *quæ* non direxit cor suum, nec fuit fidelis cum Deo spiritus ejus. 9 Filii Ephraim jacientes arcu, verterunt *terga* in die belli.

c. 9. In Hebr. præit נושקי; quod videtur glossema esse, et e margine irrepsisse; נושקי קשת legitur quidem nonnunquam, sed hic plane abundat.

10 לא שמרו ברית אלהים
ובתורתו מאנו ללכת׃
11 וישכחו עלילותיו
ונפלאתיו אשר הראם׃
12 נגד אבותם עשה פלא
בארץ מצרים שדה צען׃
13 בקע ים ויעבירם
ויצב מים כמו נד׃
14 וינחם בענן יומם
וכל הלילה באור אש׃
15 יבקע * צרים במדבר
וישק[d] כתהומות רבה׃

* צורים 43.

10 Non custodierunt pactum Dei, et in Lege ejus
noluerunt ambulare.
11 Obliti sunt operum ejus,
et mirabilium ejus quæ ostenderat eis.
12 Coram
patribus eorum fecerat mirabilia, in terra Ægypti, in
agro Soan.
13 Secuit mare, et transire fecit eos, et
stare fecit aquas velut acervum.
14 Et deduxit eos
in nube per diem, et totâ nocte in lumine ignis.
15 Rupit petras in deserto, et potavit *eos* tanquam a-
bysso magna.

d. 15. וישקם כתהום ; ὡς ἐν ἀβύσσῳ πολλῇ.
et sic Gr. κὶ ἐπότισεν αὐτὰς

16 * ויוצא נחלים מסלע
ויורד כנהרות מים׃
17 ויוסיפו עוד † לחטא לו,
למרות עליון בציה׃
18 וינסו אל בלבבם
‡ לשאל אכל לנפשם׃
19 וידברו באלהים
אמרו היוכל אל
§ לערך שלחן במדבר׃
20 הן הכה צור ויזובו
מים ונחלים ישטפו
הגם לחם יוכל תת
אם יכין שאר לעמו׃

* ויוציא 26. † לחטוא 17. ‡ לשאול 12. § לערוך 22.

16 Et eduxit fluenta de petra, et descendere fecit tanquam flumina aquas. 17 Et porrexerunt adhuc peccare ei, ut provocarent Excelsum in solitudine. 18 Et tentaverunt Deum in corde suo, petendo cibum animæ suæ. 19 Et loquuti sunt contra Deum; dixerunt, nunquid poterit Deus parare mensam in deserto? 20 Ecce percussit petram, et fluxerunt aquæ, et torrentes inundaverunt; nunquid etiam panem poterit dare? num apparabit carnem populo suo?

21 לכן שמע יהוה ויתעבר
ואש נשקה ביעקב
וגם אף עלה בישראל׃
22 כי לא האמינו באלהים
ולא בטחו בישועתו׃
23 ויצו שחקים ממעל
ודלתי שמים פתח׃
24 וימטר עליהם מן * לאכל
ודגן שמים נתן למו׃
25 לחם אבירים אכל איש
† צידה שלח להם לשבע׃
26 יסע קדים בשמים
וינהג בעזו תימן׃

* לאכול 11. † צדה 66.

21 Ideo audivit JEHOVA, et iratus est, ignisque accensus est in Jacob, etiam furor ascendit contra Israël.
22 Quod non credidissent Deo, nec speravissent in salute ejus. 23 Nam mandaverat nubibus desuper, et januas cœli aperuerat. 24 Et pluerat super eos manna ad comedendum, et triticum cœli dederat eis.
25 Et panem angelorum comedit homo; cibum miserat eis ad saturitatem. 26 Excitavit Eurum in cœlo, et induxit in fortitudine sua Austrum.

27 וימטר עליהם כעפר
שאר וכחול ימים עוף כנף׃
28 ויפל בקרב מחנהו
סביב למשכנותיו׃
29 ויאכלו וישבעו מאד
ותאותם * יבא להם׃
30 לא זרו מתאותם
עוד ' אכלם בפיהם׃
31 ואף אלהים עלה בהם
ויהרג במשמניהם
ובחורי ישראל הכריע׃
32 בכל זאת חטאו עוד
ולא האמינו † בנפלאתיו׃

* יביא 32. † בנפלאותיו 44.

27 Et pluit super eos sicut pulverem carnem, et sicut arenam marium volatile alatum. 28 Et cadere fecit in medium castrorum ejus, in circuitu tabernaculorum ejus. 29 Et comederunt, et saturati sunt valde; et desiderium illorum attulit eis. 30 Non erant alienati à dèsiderio suo, et adhuc esca eorum in ore eorum *erat;* 31 Quum furor Dei ascendit in eos, et occidit pingues eorum, et electos Israël incurvavit. 32 Cum omni hoc peccaverunt adhuc, et non crediderunt mirabilibus ejus.

e. 30. Copulam in Heb. excidisse manifestum.

33 ויכל בהבל ימיהם
ושנותם בבהלה׃
34 אם הרגם ודרשוהו
ושבו ושחרו אל [f]׃
35 ויזכרו כי אלהים צורם
ואל עליון גאלם׃
36 ויפתוהו בפיהם
ובלשונם יכזבו לו׃
37 ולבם לא נכון עמו
ולא נאמנו בבריתו׃
38 והוא רחום יכפר עון [h]
ולא ישחית והרבה

33 Ideo consumpsit in vanitate dies eorum, et annos
eorum cum festinatione. 34 Si occidebat eos, quæ-
rebant eum, ac revertebantur et diluculo quærebant
eum. 35 Recordabantur quod Deus rupes eorum
esset, et Deus excelsus redemptor eorum. 36 Et blan-
diebantur ei ore suo, et linguâ suâ mentiebantur ei.
37 Cor autem eorum non erat rectum cum eo ; nec
fideles fuerunt in pacto ejus. 38 Ipse tamen miseri-
cors, condonavit iniquitatem *eorum*, neque disperdidit ;
et multiplicavit

f. 34. אלו. ו sequenti versiculo præponitur, manifesto mendo.

h. 38. עונם. Affixum et sensus et metrum postulant, et sic Gr. *ἁμαρτίαις αὐτῶν*.

להשיב אפו ולא
יעיר כל חמתו :
39 ויזכר כי בשר המה
רוח הולך ולא ישוב :
40 כמה ימרוהו במדבר
יעציבוהו בישימון :
41 וישובו [i] וינסו אל
וקדוש ישראל התוו :
42 לא זכרו את ידו
יום אשר פדם מני צר :
43 * אשר שם [k] במצרים † אתותיו
ומופתיו בשדה צען :

* אשר ‸1. † אותותיו 19.

ut averteret iram suam, neque excitavit *contra eos* omnem iram suam. 39 Recordatus est quod caro essent; spiritus vadens, et *quod* non revertetur. 40 Quoties exacerbaverunt eum in deserto, et irritaverunt eum in solitudine? 41 Iterum tentaverunt Deum, et Sanctum Israël limitaverunt. 42 Non sunt recordati manus ejus, et diei quâ redemit eos de angustia. 43 Posuerat in Ægypto signa sua, et mirabilia sua in regione Soan.

i. 41. Copula vero quæ hic abundat, ad vers. præcedentem forte attinet.

k. 43. Præit in Hebr. אשר, mendose repetitum ex vers. præcedente.

44 ויהפך לדם יאריהם
ונזליהם בל ישתיון׃
45 ישלח בהם ערב ויאכלם
וצפרדע ותשחיתם׃
46 ויתן לחסיל יבולם
ויגיעם לארבה׃
47 יהרג בברד גפנם
ושקמותם בחנמל׃
48 ויסגר לברד בעירם
ומקניהם לרשפים׃
49 ישלח בם חרון אפו
עברה וזעם וצרה
משלחת מלאכי רעים׃

44 Et convertit in sanguinem flumina eorum, et flu-
enta eorum ne biberent. 45 Misit in eis omne ge-
nus muscarum, et comedit eos; ranam quoque, et dis-
perdidit eos. 46 Et dedit brucho fructum eorum,
et laborem eorum locustæ. 47 Perdidit grandine
vites eorum, et sycomoros eorum majusculâ grandine.
48 Et tradidit grandini jumenta eorum, et possessiones
eorum carbonibus ignitis. 49 Misit in eos furorem
indignationis suæ, iram et indignationem et angustiam,
immissionem angelorum malorum.

50 יפלס נתיב לאפו
לא חשך ממות נפשם
וחיתם לדבר הסגיר :
51 ויך כל בכור במצרים
ראשית אונים באהלי חם
52 ויסע כצאן עמו
וינהגם כעדר במדבר :
53 וינחם לבטח ולא פחדו
ואת אויביהם כסה הים :
54 ויביאם אל גבול קדשו
הר זה קנתה ימינו :
55 ויגרש מפניהם גוים
ויפילם בחבל נחלה
וישכן באהליהם שבטי ישראל :

50 Fecit semitam iræ suæ, non prohibuit à morte an-
imam eorum, et vitam eorum pesti tradidit. 51 Et
percussit omne primogenitum in Ægypto; primitias
fortitudinis *eorum* in tabernaculis Ham. 52 Et trans-
tulit velut oves populum suum, deduxit eos tanquam
gregem in deserto. 53 Et deduxit eos tutò, nec ti-
muerunt; et inimicos eorum operuit mare. 54 Et
introduxit eos ad terminum sanctitatis suæ, et montem
quem acquisivit dextera ejus. 55 Ejecit à facie eo-
rum gentes, et cadere fecit eas in funiculo hæreditatis;
et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israël.

56 וינסו וימרו את אלהים
עליון ועדתיו לא שמרו׃
57 * ויסגו ויבגדו כאבתם
נהפכו כקשת רמיה׃
58 ויכעיסוהו בבמותם
ובפסיליהם יקניאוהו׃
59 שמע אלהים ויתעבר
וימאס מאד בישראל׃
60 ויטש משכן † שלו
אהל שכן באדם׃
61 ויתן לשבי עזו
ותפארתו ביד צר׃

* ויסוגו .5 † שילה .17 שילו .9

56 Attamen tentaverunt, et exacerbaverunt Deum
excelsum, testimonia ejus non custodierunt. 57 Et
averterunt se et prævaricati sunt sicut patres eorum;
conversi sunt ut arcus dolosus. 58 Et irritaverunt
eum in excelsis suis, et sculptilibus suis concitarunt eum.
59 Audivit Deus, et commotus est; et aversatus est
valde Israëlem. 60 Et dereliquit tabernaculum Silo,
tentorium *quod* collocaverat inter homines. 61 Et
tradidit in captivitatem fortitudinem suam, et gloriam
suam in manum hostium.

62 ויסגר לחרב עמו
ובנחלתו התעבר׃
63 בחוריו אכלה אש
* ובתולתיו לא הוללו׃
64 כהניו בחרב נפלו
† ואלמנתיו לא תבכינה׃
65 ויקץ כישן אדני
כגבור מתרונן מיין׃
66 ויך צריו אחור
חרפת עולם נתן למו׃
67 וימאס באהל יוסף
ובשבט אפרים לא בחר׃

* ובתולותיו 26. † ואלמנותיו 28.

62 Et tradidit gladio populum suum; et in hæreditatem suam iratus est. 63 Juvenes ejus voravit ignis; et virgines ejus non fuerunt laudatæ. 64 Sacerdotes ejus gladio ceciderunt; et viduæ ejus non fleverunt. 65 Et excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potens clamans à vino. 66 Et percussit hostes suos retrorsum, opprobrium perpetuum dedit eis. 67 Sprevitque tentorium Joseph; et tribum Ephraim non elegit.

68 ויבחר את שבט יהודה
את הר ציון אשר אהב׃
69 ויבן כמו רמים ׳ מקדשו
כארץ יסדה לעולם׃
70 ויבחר בדוד עבדו
ויקחהו ממכלאות צאן׃
71 מאחר עלות הביאו
לרעות ביעקב עמו
ובישראל נחלתו׃
72 וירעם * כתם לבבו
† ובתבונות כפיו ינחם׃

* בתם 19. † ובתבונת 19.

68 Elegit autem tribum Jehudah, montem Sion quem dilexit. 69 Et ædificavit *in excelso* Sanctuarium suum, velut terram *quam* fundavit in seculum. 70 Et elegit Davidem servum suum, et tulit eum de septis pecudum. 71 De post lactantes adduxit eum, ut pasceret Jacob populum suum, et Israel hæreditatem suam. 72 Et pavit eos juxta innocentiam cordis sui, et in prudentiis manuum suarum deduxit eos.

l. 69. Mihi hæc videntur aperte mendosa, ex quibus, sensu et metro eo ducente, elicui במרום.

מזמור לאסף׃

1 אלהים באו גוים בנחלתך
טמאו את היכל קדשך
שמו את ירושלם לעיים׃
2 נתנו את נבלת עבדיך
מאכל לעוף השמים
בשר * חסידיך לחיתו ארץ׃
3 שפכו דמם כמים סביבות
ירושלם ואין קבר׃
4 היינו חרפה לשכנינו
לעג וקלס לסביבותינו׃
5 עד מה יהוה תאנף לנצח
תבער כמו אש קנאתך׃

* חסידך 24.

Psalmus Asaph. 1 Deus, venerunt Gentes in hæreditatem tuam, polluerunt Templum sanctitatis tuæ; posuerunt Jerusalem in acervos. 2 Dederunt cadavera servorum tuorum escam volatilibus cœli, carnem sanctorum tuorum bestiis terræ. 3 Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam *in* circuitibus Jerusalaim, nec erat qui sepeliret. 4 Fuimus probro vicinis nostris, subsannatio et derisio iis qui sunt in circuitibus nostris. 5 Usquequo, JEHOVA, irascêris in seculum? ardebit velut ignis zelus tuus?

6 שפוך חמתך אל הגוים
אשר לא ידעוך
ועל ממלכות אשר
בשמך לא קראו׃
7 כי * אכל את יעקב
ואת נוהו השמו׃
8 אל תזכר לנו † עונת ראשנים
מהר יקדמונו
רחמיך כי ‡ דלונו מאד׃
9 עזרנו אלהי ישענו
על דבר כבוד שמך
והצילנו וכפר
על חטאתינו למען שמך׃

* אכלו 16. † עונות 67. ‡ דלנו 7.

6 Effunde iram tuam super Gentes quæ non noverunt te; et super regna quæ nomen tuum non invocant. 7 Quia comederunt Jacob, et habitaculum ejus desolaverunt. 8 Ne memineris nobis iniquitatum priorum; cito præveniant nos misericordiæ tuæ; quia attenuati sumus valde. 9 Adjuva nos, Deus salutis nostræ, propter gloriam nominis tui; erue nos, et propitiare peccatis nostris propter nomen tuum.

a. 7. אכלו. Sic sensus tulat, et sic Gr. κατέφαγον, æque ac metrum legi pos-

10 למה יאמרו * הגוים
איה אלהיהם יודע
בגוים לעינינו נקמת
דם עבדיך השפוך :
11 תבא לפניך אנקת
אסיר כגדל זרועך
הותר בני תמותה :
12 והשב לשכנינו שבעתים
אל חיקם חרפתם אשר
חרפוך † אדני :
13 ואנחנו עמך וצאן
מרעיתך נודה לך
לעולם לדור ודור
נספר תהלתך :

* בגוים 66. † יהוה 49.

10 Utquid dicerent Gentes, Ubi *est* Deus eorum? Innotescat in Gentibus coram oculis nostris ultio sanguinis servorum tuorum qui effusus est. 11 Introeat coram te gemitus vincti; secundum magnitudinem brachii tui fac superstites esse filios mortis. 12 Et redde vicinis nostris septuplum in sinum eorum opprobrium eorum, quo exprobraverunt te, Domine. 13 Nos autem populus tuus et oves pascuæ tuæ, celebrabimus te in seculum; in generationem et generationem narrabimus laudem tuam.

1 למנצח אל שושנים עדות
לאסף מזמור :

2 רעה ישראל האזינה נהג
כצאן יוסף *ישב הכרבים הופיעה :
3 לפני אפרים ובנימן ומנשה
עוררה את גבורתך
ולכה לישעתה לנו :
4 אלהים השיבנו
והאר פניך ונושעה :
5 יהוה אלהים צבאות עד מתי
עשנת בתפלת עמך :
6 האכלתם לחם דמעה
† ותשקמו בדמעות שליש :

* יושב 45, † ותשקימו 14.

1 Præcentori super Sosannim, Testimonium, Asaph, Psalmus. 2 Pastor Israëlis, ausculta, qui ducis tanquam oves Joseph; qui sedes *inter* Cherubim, splende. 3 Coram Ephraim et Binjamin, et Menasseh suscita fortitudinem tuam, et veni in salutem nobis. 4 Deus, converte nos, et lucere fac faciem tuam, et servabimur. 5 Jehova, Deus exercituum, usquequò irascêris super orationem populi tui? 6 Cibasti eos pane lachrymarum; et potasti illos cum lachrymis *in* mensura magna.

7 תשמנו מדון לשכנינו
ואיבינו ילעגו למו :
8 אלהים צבאות השיבנו
והאר פניך ונושעה :
9 גפן ממצרים תסיע
תגרש גוים * ותטעה :
10 פנית לפניה ותשרש
שרשיה ותמלא ארץ :
11 כסו הרים צלה[a]
וענפיה ארזי אל :

* ותטעיה 18.

7 Posuisti nos litem vicinis nostris; et inimici nostri
subsannaverunt *nos* sibi. 8 Deus exercituum conver-
te nos; et lucere fac faciem tuam, et servabimur.
9 Vitem ex Ægypto traduxisti, ejecisti Gentes, et plan-
tasti eam. 10 Repurgasti *locum* ante eam, et radi-
cari fecisti radices ejus, et implevit terram. 11 Oper-
ti sunt montes umbra ejus, et rami ejus *ut* cedri
Dei.

a. 11. מצלה. Sic necessario reponendum, constructione æque ac metro flagitante; binis nempe מ concurrentibus, posterius excidit.

12 תשלח קציריה עד ים
ואל נהר יונקותיה :
13 למה פרצת גדריה
וארוה כל * עברי דרך :
14 יכרסמנה חזיר מיער
וזיז שדי ירעננה :
15 אלהים צבאות
שוב נא הבט משמים
וראה † ופקד גפן זאת :
16 וכנה אשר נטעה ימינך
ועל ‡ בן אמצתה לך :
17 שרפה באש כסוחה

* עוברי .13 † ופקוד .22 ‡ בן אדם .13 text. et marg.

12 Misit ramos suos usque ad mare, et usque ad flumen propagines suas. 13 Ut quid dirupisti macerias ejus, et carpserunt eam omnes transeuntes *per* viam? 14 Consumpsit eam aper sylvestris, et fera agrestis depasta est eam. 15 Deus exercituum, revertere obsecro; respice è cœlo; et vide, et visita vitem istam. 16 et stirpem quam plantavit dextera tua. 17 Incenditur igni, et succiditur;

c. 16. Hic versiculus absurde ponitur inter duos versiculos qui divelli nequeunt.

מגערת פניך יאבדו : b

18 תהי ידך על איש ימינך

* על בן אדם אמצת לך :

19 ולא נסוג ממך

תחיינו ובשמך נקרא :

20 יהוה אלהים צבאות השיבנו

† האר פניך ונושעה :

* ועל 11. † והאר 4.

ab increpatione iræ tuæ pereunt. 18 Sit manus tua
super virum dexteræ tuæ, super filium hominis *quem*
roborasti tibi. 19 Et non retrocedemus à te; vivi-
fica nos, nomen tuum invocabimus. 20 Jehova, De-
us exercituum converte nos; et lucere fac faciem tuam,
et servabimur.

b. 17. Ex his sensum commodum elicere non possum, nisi de hostibus intelligantur; quod fecit ut olim putarem versiculum hunc, מגערת &c. alieno loco poni, et inseri oportere post periodum septimam Psalmi antecedentis. Vid. Psal. lxxvi. p. 7. Quod autem ad priorem versum שרפה &c. si cetera sanus sit, copula tamen necessario videtur interponenda.

1 למנצח על הגתית לאסף :

---

2 הרנינו לאלהים עזנו
הריעו לאלהי יעקב :
3 שאו זמרה ותנו תף
כנור נעים עם נבל :
4 תקעו בחדש שופר
בכסה ליום חגנו :
5 כי חק לישראל הוא
משפט לאלהי יעקב :
6 עדות ביהוסף שמו
בצאתו על ארץ מצרים
שפת לא ידעתי אשמע[a] :

1 Præcentori super Gittith, Asaph. 2 Exultate Deo, fortitudini nostræ, jubilate Deo Jacob. 3 Sumite canticum, et date tympanum, citharam jucundam cum nablio. 4 Clangite in Calendis tubâ, in feria constituta, in die festivitatis nostræ. 5 Quia statutum Israëlis est, judicium Dei Jacob. 6 Testimonium in Joseph posuit illud, quum exiret ipse super terram Ægypti; *ubi* linguam *quam* non noverat, audiebat.

a. 6. ידע ישמע. Sic ac metrum; et sic Gr. sensus legi postulat, æque γλῶσσαν ἣν οὐκ ἔγνω ἤκουσεν.

7 הסירותי מסבל שכמו
כפיו מדוד תעברנה :
8 בצרה קראת ואחלצך
אענך בסתר רעם
אבחנך על מי מריבה סלה :
9 * שמע עמי ואעידה בך
ישראל אם תשמע לי :
10 לא יהיה בך אל זר
ולא תשתחוה לאל נכר :
11 אנכי יהוה אלהיך
המעלך מארץ מצרים
הרחב פיך ואמלאהו :

* שמעה 9.

7 Subduxi ab onere humerum ejus; manus ejus ab aheno recesserunt. 8 In angustia invocasti *me*, et erui te; et exaudivi te in abscondito tonitrui; probavi te apud aquas Meribah. Selah. 9 Audi, popule mi, et testabor tibi; Israël, si audieris me, 10 non erit in te Deus alienus, nec incurvaveris te Deo extraneo. 11 Ego sum JEHOVA, Deus tuus, qui ascendere feci te è terra Ægypti, dilata os tuum, et implebo illud.

12 ולא שמע עמי לקולי
וישראל לא אבה לי׃
13 ואשלחהו בשרירות לבם
ילכו במועצותיהם׃
14 לו עמי שמע לי ישראל
בדרכי יהלכו׃
15 כמעט אויביהם אכניע
ועל צריהם אשיב ידי׃
16 משנאי יהוה יכחשו לו
ויהי עתם לעולם׃
17 ויאכילהו [b] מחלב חטה
ומצור דבש אשביעך׃

12 At non paruit populus meus voci meæ, et Israël noluit mihi *obtemperare*. 13 Et dimisi illum in obfirmatione cordis eorum; ambularunt in consiliis suis. 14 Utinam populus meus obtemperasset mihi, Israël in viis meis ambulasset! 15 Brevi inimicos eorum humiliassem, & contra hostes eorum vertissem manum meam. 16 Odio habentes JEHOVAM mentiti fuissent ei, & fuisset tempus eorum in seculum. 17 Et cibassem eum de adipe frumenti, & de petra melle saturassem te.

b. 17. ואכילהו. Hebr. ויאכילהו. Repugnante & sensu & metro, irrepsit י.

מזמור לאסף׃

1 אלהים נצב בעדת אל
בקרב אלהים ישפט׃
2 עד מתי תשפטו עול
ופני רשעים תשאו סלה׃
3 שפטו דל ויתום
עני ורש הצדיקו׃
4 פלטו דל ואביון
מיד רשעים הצילו׃
5 לא ידעו ולא יבינו
בחשכה יתהלכו
ימוטו כל מוסדי ארץ׃
6 אני אמרתי אלהים אתם
ובני עליון כלכם׃

Psalmus Asaph. 1 Deus stat in congregatione
Dei; in medio Deus judicat. 2 Usquequo judica-
bitis iniquitatem, et facies impiorum suscipietis? Se-
lah. 3 Judicate tenui et pupillo; inopem et pau-
perem justificate. 4 Eripite tenuem et egenum;
de manu impii eruite. 5 Non norunt nec intelligunt,
in tenebris ambulant: moventur omnia fundamenta
terræ. 6 Ego dixi, Dii estis, et filii Excelsi omnes
vos.

7 אכן כאדם תמותון
וכאחד השרים · תפלו :
8 קומה אלהים שפטה הארץ
כי אתה תנחל בכל הגוים :

7 Verumtamen sicut homines moriemini, et sicut unus *pauperum* cadetis. 8 Surge Deus, judica terram; quoniam tu hæreditatem possides in omnibus gentibus.

PSALM. LXXXIII. פג

1 שיר מזמור לאסף :

2 אלהים אל דמי לך
אל תחרש ואל תשקט אל : a
3 כי הנה אויביך יהמיון
ומשנאיך נשאו ראש :

1 Canticum, Psalmus Asaph. 2 Deus, ne *sit* silentium tibi; ne taceas, neve quiescas *erga me*. 3 Quoniam ecce inimici tui tumultuantur; et odio habentes te extulerunt caput.

a. 7. הרשים. In Hebr. inversis literis השרים, ut *unus principum*; in quo commode explicando frustra laborant Intt.

a. 2. אלי. Manifesto sic legendum est. Vid. Psal. xxviii. p. 1.

4 על עמך יערימו סוד
ויתיעצו על צפוניך ׃
5 אמרו לכו ונכחידם מגוי
ולא יזכר שם ישראל עוד ׃
6 כי נועצו לב יחדו
עליך ברית יכרתו ׃
7 אהלי אדום וישמעאלים
מואב והגרים ׃
8 גבל ועמון ועמלק
פלשת עם * ישבי צור ׃
9 גם אשור נלוה עמם
היו זרוע לבני לוט סלה ׃
10 עשה להם כמדין

* יושבי 25.

4 Super populum tuum callidè inierunt consilium, et consultaverunt adversus absconditos tuos. 5 Dixerunt, Venite, et succidamus eos de gente; et ne memoretur nomen Israël ultrà. 6 Quoniam consilium inierunt ex corde pariter, et contra te fœdus pepigerunt. 7 Tabernacula Edom et Ismaëlitarum, Moab, et Hagareni; 8 Gebal, et Ammon, et Amalec, Peleseth cum habitantibus Tyrum. 9 Etiam Assur conjunctus est eis, fuerunt brachium filiis Lot. Selah. 10 Fac illis sicut Midian,

בסיסרא כיבן בנחל קישון׃
11 נשמדו בעין דאר
היו דמן לאדמה׃
12 שיתמו נדיבמו כערב וכזאב
וכזבח וכצלמנע כל * נסיכמו׃
13 אשר אמרו † נירשה
לנו את נאות אלהים׃
14 אלהי שיתמו כגלגל
כקש ᵇ לפני רוח׃
15 כאש תבער יער
וכלהבה תלהט הרים׃
16 כן תרדפם בסערך
ובסופתך תבהלם׃

* נסיכימו 12. † נרשה 28.

sicut Sisera, sicut Jabin in torrente Cison. 11 Pe-
rierunt in Endor, fuerunt stercus terræ. 12 Pone
eos, et duces eorum, sicut Oreb, et sicut Zeb, et
sicut Zebah, et sicut Salmunna, omnes principes
eorum. 13 Qui dixerunt, Possideamus nobis habita-
cula Dei. 14 Deus mi, pone eos velut glumam;
sint sicut stipula coram vento. 15 Velut ignis com-
burit sylvam, et sicut flamma succendit montes; 16 Ita
persequere eos tempestate tuâ; et turbine tuo terre eos.

b. 14. יהיו. Sensus ulat. Vid. Psal. xxxv. p-
æque metrum reponi post- 5. et Es. xvii. 14. unde li-

17 מלא פניהם קלון
ויבקשו שמך יהוה׃
18 יבשו ויבהלו עדי עד
ויחפרו ויאבדו׃
19 וידעו כי אתה שמך יהוה׃
לבדך עליון על כל הארץ׃

17 Imple facies eorum ignominiâ; et quærant nomen tuum, JEHOVA. 18 Pudore afficiantur et conturbentur in æternum, et confundantur, et pereant. 19 Et cognoscant quòd tu solus es altissimus super omnem terram.

PSALM. LXXXIV. פד

1 למנצח על הגתית
לבני קרח מזמור׃

2 מה ידידות משכנותיך
יהוה צבאות׃

1 Præcentori super Gittith, filiis Corah, Psalmus.
2 Quam amabilia tabernacula tua, JEHOVA exercituum!

quet גלגל, קש, et מוץ, esse fere synonyma. Ut *gluma*, *palea*, *stipula*.

c. 19. שמך יהוה. Quæ videntur ex periodo 17. irrepsisse, cum nec metrum

3 נכספה וגם כלתה נפשי
לחצרות יהוה לבי ובשרי
ירננו אל אל חי׃
4 גם צפור מצאה בית
ודרור קן לה אשר שתה
אפרחיה את מזבחותיך
יהוה צבאות מלכי ואלהי׃
5 אשרי יושבי ביתך
עוד יהללוך סלה׃
6 אשרי אדם עוז לו בך
מסלות בלבבם׃ ᵃ

3 Concupiscit, et etiam deficit anima mea ad atria
Jehovæ: cor meum et caro mea exultant ad Deum vi-
vum. 4 Etiam passer invenit domum, et hirundo
nidum sibi in quo ponat pullos suos, *nempe* altaria
tua. Jehova exercituum, Rex mi, et Deus mi, 5 be-
ati habitatores domus tuæ; adhuc laudant te. Selah.
6 Beatus homo cujus fortitudo est in te; et viæ in cor-
de eorum ad te.

nec constructio patiantur; שמך enim post אתה, disjungit voces non divellendas.

ᵃ. 6. Versum vero hunc mutilum esse ex metro clare liquet; עדך igitur reposui, sensu etiam id postulante.

7 * עברי בעמק
הבכא מעין ישיתוהו
גם ברכות יעטה מורה׃ [b]
8 ילכו מחיל אל חיל יראה
אל אלהים בציון׃
9 יהוה אלהים צבאות
שמעה תפלתי האזינה [c]
אלהי יעקב סלה׃
10 מגננו ראה אלהים
והבט פני משיחך׃
11 כי טוב יום בחצריך מאלף

* עוברי 11.

7 Transeuntes per vallem mori, fontem ponunt eam;
etiam piscinas operit pluvia. 8 Eunt de turma ad
turmam, conspiciatur *quisque eorum* ante Deum in Sion.
9 Jehova, Deus exercituum, exaudi orationem meam,
ausculta *voci meæ*, Deus Jacob. Selah. 10 Clype-
us noster, Deus, vide, et aspice faciem Uncti tui.
11 Quia melior *est* dies in atriis tuis quàm *alibi* mille;

b. 7. Hac periodo videtur allusum ad rem iis temporibus satis notam, quæ cum nobis ignoretur, obscura nunc sunt, quæ tum forte, cum scriberentur erant intellectu facillima.

c. 9. קולי. Nomen deesse liquet quocum האזינה conveniat. Metrum quoque dissyllabum addi poscit, קולי igitur inserendum putavi.

בחרתי הסתופף בבית אלהי
מדור באהלי רשע ׃ [d]
12 כי שמש ומגן יהוה אלהים
חן וכבוד יתן יהוה
לא ימנע טוב * להלכים בתמים ׃
13 יהוה צבאות אשרי אדם † בטח בך ׃

* לחולכים 19. † בוטח 25.

elegi esse in limine in domo Dei mei, potius quam habitare in tabernaculis impiorum. 12 Quia Sol et scutum JEHOVA, Deus: gratiam et gloriam dat JEHOVA, nec prohibet bonum ambulantibus perfectè. 13 JEHOVA exercituum, beatus homo qui sperat in te.

PSALM. LXXXV. פה

1 למנצח לבני קרח מזמור ׃

2 רצית יהוה ארצך
שבת * שבות יעקב ׃

* שבית 17.

1 Præcentori, filiis Corah, Psalmus. 2 Complacuisti, JEHOVA, terræ tuæ; reduxisti captivitatem Jacob.

d. 11. רשעים. Sic sensus legi plane postulat.

3 נשאת עון עמך
כסית כל חטאתם סלה :
4 אספת כל עברתך
השיבות מחרון אפך :
5 שובנו אלהי ישענו
והפר כעסך עמנו :
6 הלעולם תאנף בנו
* תמשך אפך לדר ודר :
7 הלא אתה תשוב † תחיינו
ועמך ישמחו בך :
8 הראנו יהוה חסדך
וישעך תתן לנו :

* תמשוך 22. † תחינו 20.

3 Remisisti iniquitatem populi tui, operuisti omne peccatum eorum. Selah. 4 Abstulisti omnem iram tuam, avertisti ab æstu iræ tuæ. 5 Converte nos, Deus salutis nostræ, et abole iram tuam erga nos. 6 Num in seculum irascêris contra nos? extendes iram tuam in generationem et generationem? 7 Annon tu iterum vivificabis nos? Et populus tuus lætabitur in te? 8 Ostende nobis, JEHOVA, misericordiam tuam, et salutem tuam da nobis.

9 אשמעה מה ידבר האל
יהוה כי ידבר שלום
אל עמו ואל חסידיו
ואל ישובו לכסלה :
10 אך קרוב ליראיו ישעו
* לשכן כבוד בארצנו :
11 חסד ואמת נפגשו
צדק ושלום נשקו :
12 אמת מארץ תצמח
וצדק משמים נשקף :
13 גם יהוה יתן הטוב
וארצנו תתן יבולה :

* לשכון 20.

9 Audiam quid loquatur Deus, JEHOVA; quoniam
loquetur pacem ad populum suum, et ad sanctos suos;
et non convertentur ad stultitiam. 10 Profectò pro-
pinqua *est* timentibus eum salus ejus, ut inhabitet gloria
in terra nostra. 11 Misericordia et veritas obvia-
verunt *sibi*; justitia et pax *se mutuò* osculatæ sunt. 12 Ve-
ritas è terra germinabit; et justitia è cœlo prospiciet:
13 Etiam JEHOVA dabit bonum; et terra nostra da-
bit fructum suum.

14 צדק לפניו יהלך
וישם לדרך פעמיו :

14 Justitia ante ipsum ambulabit, et ponet in via gressus suos.

PSALM. LXXXVI. פו

תפלה לדוד :

1 הטה יהוה אזנך
ענני כי עני ואביון אני :
2 שמרה נפשי כי חסיד אני
הושע עבדך אתה
אלהי הבוטח אליך :
3 חנני * אדני[a]
כי אליך אקרא כל היום :

* יהוה 57.

Oratio Davidis. 1. Inclina, JEHOVA, aurem tuam, exaudi me, quoniam pauper et egenus sum. 2 Custodi animam meam, quoniam pius sum; serva servum tuum, tu Deus meus, sperantem in te. 3 Misserere mei, Domine, *miserere mei;* quoniam ad te clamo omni die.

a. 3. חנני. Repetendum esse ex metro liquet, ut sæpe alias. Vid. Ps. lvii. p. 2.

4 שמח נפש עבדך
כי אליך * אדני נפשי אשא :
5 כי אתה יהוה טוב וסלח
ורב חסד לכל קראיך :
6 האזינה יהוה תפלתי
והקשיבה † בקול תחנונותי :
7 ביום צרתי אקראך כי תענני :
8 אין כמוך באלהים
‡ אדני ואין כמעשיך :
9 כל גוים אשר עשית יבואו
וישתחוו לפניך ‖ אדני ויכבדו לשמך :

* יהוה 38. † לקול 16. ‡ יהוה 23. ‖ יהוה 28.

4 Lætifica animam servi tui; quoniam ad te, Domine, animam meam attollo. 5 Quoniam tu, JEHOVA, bonus, et parcens, et multus misericordiâ omnibus invocantibus te. 6 Ausculta, JEHOVA, orationem meam, et intende voci deprecationum mearum. 7 In die angustiæ meæ invoco te, quia exaudis me. 8 Non est sicut tu inter deos, Domine, nec *sunt* secundum opera tua. 9 Omnes gentes quas fecisti venient, et genu flectent coram te, Domine, et glorificabunt nomen tuum.

10 כי גדול אתה * ועשה נפלאות
אתה אלהים לבדך :
11 הורני יהוה דרכך אהלך באמתך
יחד לבבי ליראה שמך :
12 אודך † אדני אלהי בכל־לבבי
ואכבדה שמך לעולם :
13 כי חסדך גדול עלי
והצלת נפשי משאול תחתיה :
14 אלהים זדים קמו עלי
ועדת עריצים בקשו
נפשי ולא שמוך לנגדם :

* ועושה 20. † יהוה 35.

10 Quoniam magnus *es* tu, et facis mirabilia;
tu *es* Deus solus. 11 Doce me, JEHOVA, vi-
am tuam, *ut* ambulem in veritate tua; uni cor
meum ut timeat nomen tuum. 12 Celebra-
bo te, Domine, Deus meus, in toto corde meo, et
glorificabo nomen tuum in seculum. 13 Quoniam
misericordia tua magna *est* super me, et *tu* eruisti ani-
mam meam ex fovea interiori. 14 Deus, superbi
insurrexerunt adversum me, et congregatio formidabili-
um quæsierunt animam meam, non posuerunt te co-
ram se.

15 ואתה * אדני אל רחום וחנון
ארך אפים ורב חסד ואמת׃
16 פנה אלי וחנני
תנה עזך לעבדך
והושיעה לבן אמתך׃
17 עשה עמי אות לטובה
ויראו שנאי ויבשו
כי אתה יהוה עזרתני ונחמתני׃

* יהוה 34.

15 Et tu, Domine, *es* Deus misericors et clemens, longus irâ, et multus misericordiâ et veritate. 16 Respice ad me, et miserere mei, da fortitudinem tuam servo tuo, et serva filium ancillæ tuæ. 17 Fac mecum signum in bonum, et videant odio habentes me, et pudore afficiantur; quòd tu, JEHOVA, adjuveris me, et consolatus fueris me.

PSALM LXXXVII. פז

לבני קרח מזמור שיר׃

1 יסודתו בהררי קדש׃ [a]

Filiis Corah, Psalmus, canticum. 1 Fundamentum ejus in montibus sanctis.

a. 1. Psalmus hic plane est ἀκέφαλος. Mihi qui-

2 * אהב יהוה שערי ציון
מכל משכנות יעקב׃
3 נכבדות מדבר[b]
בך עיר האלהים סלה׃
4 אזכיר רהב ובבל
† לידעי הנה פלשת
וצור עם כוש זה ילד שם׃
5 ולציון יאמר איש ואיש
ילד בה והוא יכוננה עלין׃

* אוהב .6 † לידעי .32

2 Diligit JEHOVA portas Sion, magis quàm omnia habitacula Jacob. 3 Gloriosa dicuntur de te, civitas Dei. Selah. 4 Memorabo Ægyptum et Babel inter scientes me; eccè Palæstina, et Tyrus cum Æthiopia; iste natus est ibi. 5 Et de Sion dicetur, Vir et vir natus est in ea, et ipse confirmabit eam Altissimus;

dem fragmentum Psalmi videtur, cum nec capite nec calce integer videatur. Singula quidem verba satis clara sunt, sed, cum desit argumentum unde sciri poterat quid carmini huic scribendo occasionem dederit, mihi semper visum est omnium obscurissimum. Videntur in eo laudes Hierosolymæ prædicari, atque eo præ cæteris nomine, quod Princeps quidem præstans illam natalibus suis ornarit; cætera obscura sunt.

b. 3. Ex metro mani-

6 יהוה יספר בכתוב עמים
זה ילד שם סלה :
7 ושרים כחללים
כל מעיני בך :

6 Jehova numerabit quando scribet populos, iste na-
tus est ibi. Selah. 7 Et cantores ut tibicines; om-
nes fontes *eorum* in te.

PSALM. LXXXVIII. פח

1 שיר מזמור לבני קרח
למנצח על מחלת
לענות משכיל להימן האזרחי :

2 יהוה אלהי ישועתי יום
צעקתי בלילה נגדך
3 תבא לפניך תפלתי
הטה אזנך לרנתי :

1 Canticum, Psalmus filiis Corah. Præcentori su-
per Mahalath ad canendum, Didascalicon Heman Ez-
rahitæ. 2 Jehova, Deus mi; clamavi in die, in noc-
te vociferatus sum coram te. 3 Intret coram te
oratio mea, inclina aurem tuam ad precem meam.

festum est terminationem *pluralem* ות restitui debere, quo pacto insignis anomalia tollitur, quæ *masculinum singulare* jungit *fæmineo plurali.*

4 כי שבעה ברעות נפשי
וחיי לשאול הגיעו :
5 נחשבתי עם יורדי בור
הייתי כגבר אין איל :
6 במתים חפשי ᵃכמו חללים
* שכבי קבר אשר לא
זכרתם עוד והמה מידך נגזרו :
7 שתני בבור תחתיות
במחשכים במצלות :
8 עלי סמכה חמתך
וכל משבריך ענית סלה :

* שוכבי .6

4 Quia repleta est malis anima mea, et vita mea ad sepulchrum pervenit. 5 Reputatus sum cum descendentibus in sepulchrum; fui sicut homo sine viribus. 6 Semotus, sicut interfecti, dormientes in sepulchro; quorum non recordaris amplius; et ipsi à manu tua excisi sunt. 7 Posuisti me in fovea inferiori, in tenebris, in umbra mortis. 8 Super me confirmata est ira tua; cunctis fluctibus tuis afflixisti. Selah.

a. 6. חפשי. Male redditur hic *liber*; est *semotus*, *solitarius*, *a consortio hominum exclusus*. In Hebr. præit במתים, quod et sensum et versum turbat.

9 הרחקת מידעי ממני
שתני תועבות למו
* כלא ולא אצא:
10 עיני דאבה מני † עני
קראתיך יהוה בכל יום
שטחתי אליך כפי:
11 הלמתים תעשה פלא
אם רפאים יקומו יודוך סלה:
12 היספר בקבר חסדך
אמונתך באבדון:
13 היודע בחשך ‡ פלאך
וצדקתך בארץ נשיה:

* כלוא 24. † עני 11. ‡ פלאיך 8.

9 Elongasti notos meos à me; posuisti me abominationes illis; concludor, neque egrediar. 10 Oculus meus elanguit præ afflictione; invoco te, JEHOVA, omni die, et expando ad te manus meas. 11 Num mortuis facies miraculum? num mortui resurgent et celebrabunt te? Selah. 12 Nunquid narrabitur in sepulchro misericordia tua? Veritas tua in perditione? 13 Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua? et justitia tua in terra oblivionis?

14 ואני אליך יהוה שועתי
ובבקר תפלתי תקדמך׃
15 למה יהוה תזנח נפשי
תסתיר פניך ממני׃
16 עני אני וגוע מנער
נשאתי אמיך אפונה׃
17 עלי עברו חרוניך
בעותיך * צמתתוני׃ [b]
18 סבוני כמים כל היום
הקיפו עלי יחד׃
19 הרחקת ממני אהב ורע
מידעי מחשך׃

* צמתותני 17.

14 Ego vero ad te, Jehova, clamo, et mane oratio
mea præveniet te. 15 Ut quid, Jehova, repellis
animam meam? abscondis faciem tuam à me?
16 Pauper *sum* ego et expirans; ab adolescentia *mea*
portavi terrores tuos, conturbatus sum. 17 Super
me transierunt iræ tuæ, terrores tui succiderunt me.
18 Circumdederunt me sicut aqua totâ die; circumde-
derunt me pariter. 19 Elongasti à me amantem
et socium; noti mei tenebræ.

b. 17. Geminatur ultima syllaba, vel metri gratia, vel ad augendam significationem.

1 משכיל לאיתן האזרחי׃

2 חסדי ᵃ יהוה * עולם אשירה
לדר ודר אודיע אמונתך בפי׃
3 כי אמרתי עולם ᵇ חסד יבנה
שמים תכן אמונתך בהם׃
4 כרתי ᶜ ברית לבחירי
נשבעתי לדוד עבדי׃
5 עד עולם אכין זרעך
ובניתי לדר ודר כסאך סלה׃

* לעולם 14.

1 Didascalicon Ethan Ezrahitæ. 2 Misericordias *tuas*, JEHOVA, *in* seculum cantabo; in generatione et generatione notam faciam veritatem tuam ore meo.
3 Quoniam dixisti, *In* seculum misericordia *mea* ædificabitur; cæli, firmabis veritatem tuam in eis. 4 Percussi fœdus cum electo meo, juravi Davidi servo meo.
5 Usque in seculum stabiliam semen tuum, et ædificabo in generationem et generationem thronum tuum. Selah.

a. 2. חסדך. Sic Gr. τὰ ἐλέη σου. Et mox, εἰς τὸν αἰῶνα, לעולם, quod metrum postulat; in Hebr. deest *suffixum*, et ל.

b. 3. אמרתי לעולם. Gr. εἶπας. ל propter metrum hic etiam præponendum, et pro חסד legendum forte חסדי ut p. 2.

c. 4. Subaudi *inquis*. Deus enim hæc dicit, quod favet Gr. lectioni in periodo priore.

6 ויודו שמים פלאך יהוה
אף אמונתך בקהל קדשים :
7 כי מי בשחק יערך ליהוה
ידמה ליהוה בבני אלים :
8 אל נערץ בסוד קדשים רבה
ונורא על כל סביביו :
9 יהוה אלהי צבאות מי כמוך
חסן יה ואמונתך סביבותיך :
10 אתה מושל בגאות הים
בשוא גליו אתה תשבחם :
11 אתה * דכאת כחלל רהב
בזרוע עזך פזרת איבך :

* דכית 25.

6 Et celebrabunt cœli mirabile tuum, JEHOVA ; etiam veritatem tuam in ecclesia sanctorum. 7. Quis enim in æthere æquabitur JEHOVÆ ? similis erit JEHOVÆ, in filiis deorum ? 8 Deus terribilis in congregatione sanctorum magna ; et terribilis super omnes *qui sunt in* circuitibus ejus. 9 JEHOVA, Deus exercituum, quis sicut tu, fortis JEHOVA ? et veritas tua *in* circuitibus tuis. 10 Tu dominaris elationi maris ; quum elevant se fluctus ejus, tu compescis eos. 11 Tu confregisti Ægyptum, tanquam vulneratum ; in brachio fortitudinis tuæ dispersisti inimicos tuos.

12 לך שמים אף לך ארץ
תבל ומלאה אתה יסדתם׃
13 צפון וימין אתה בראתם
תבור וחרמון בשמך ירננו׃
14 לך זרוע עם גבורה
תעז ידך תרום ימינך׃
15 צדק ומשפט מכון כסאך
חסד ואמת יקדמו פניך׃
16 אשרי העם * ידעי תרועה׳ יהוה
באור פניך יהלכון׃

* יודעי 44.

12 Tui *sunt* cœli, etiam tua est terra; orbem et plenitudinem ejus tu fundasti illa. 13 Aquilonem et Meridiem tu creasti ea; Thabor et Hermon in nomine tuo exultabunt. 14 Tibi *est* brachium cum fortitudine; firma est manus tua, et exaltatur dextera tua. 15 Justitia et judicium basis solii tui; misericordia et veritas præcedunt faciem tuam. 16 Beatus populus cognoscens *te*, JEHOVA; in lumine vultus tui ambulabunt.

d. 16. תרועה est vox ad musicam spectans, et margini ascripta erat; postea cum ars musica et metrica interiissent, in textum irrepsit.

17 בשמך יגילן כל היום
ובצדקתך ירומו :
18 כי תפארת עזמו אתה
וברצונך * תרים קרננו :
19 כי ליהוה מגננו
ולקדוש ישראל מלכנו :
20 אז דברת בחזון † לחסידך ותאמר
שויתי עזר על גבור
הרימותי בחור מעם :
21 מצאתי דוד עבדי
בשמן קדשי משחתיו :
22 אשר ידי תכון עמו
אף זרועי תאמצנו :

* תרום 51. † לחסידיך 66.

17 In nomine tuo exultabunt omni die; et in justitia tua exaltabunt se. 18 Quoniam gloria fortitudinis eorum *tu* es, et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum. 19 Quia JEHOVA *est* clypeus noster, et Sanctus Israelis Rex noster. 20 Ecce loquutus es in visione sancto tuo, et dixisti, Posui adjutorium super potentem, exaltavi electum de populo. 21 Inveni David servum meum, oleo sanctitatis meæ unxi eum. 22 Cum quo manus mea firma erit, etiam brachium meum roborabit eum.

23 לא ישא אויב בו
ובן עולה לא יעננו :
24 * וכתותי מפניו צריו
ומשנאיו אגוף :
25 ואמונתי וחסדי עמו
ובשמי תרום קרנו :
26 ושמתי בים ידו
ובנהרות ימינו :
27 הוא יקראני אבי אתה
אלי וצור · ישועתי :
28 אף אני בכור אתנהו
עליון למלכי ארץ :

* וכתתי 16.

23 Non opprimet inimicus eum; et filius iniquitatis non affliget eum. 24 Et conteram à facie ipsius hostes ejus, et odio habentes eum percutiam. 25 Et veritas mea et misericordia mea cum ipso, et in nomine meo exaltabitur cornu ejus. 26 Et ponam in mari manum ejus, et in fluminibus dexteram ejus. 27 Ipse invocabit me, Pater meus es, Deus meus, et rupes mea *et* salus mea. 28 Etiam ego primogenitum ponam eum, et excelsum præ Regibus terræ.

e. 27. וצורי. וישועתי Sic legendum esse, ut Psal. lxii. p. 3.

29 לעולם אשמור לו חסדי
ובריתי נאמנת לו :
30 ושמתי לעד זרעו
וכסאו כימי שמים :
31 אם יעזבו בניו תורתי
ובמשפטי לא ילכון :
32 אם * חקתי יחללו
ומצותי לא ישמרו :
33 ופקדתי בשבט פשעם
ובנגעים עונם :
34 וחסדי לא † אפיר מעמו
ולא אשקר באמונתי :

* חקותי 10. † אסיר 7.

29. In seculum custodiam ei misericordiam meam : et pactum meum firmum erit ipsi. 30 Et ponam in seculum semen ejus, et thronum ejus sicut dies cœli. 31 Si dereliquerint filii ejus Legem meam, et in judiciis meis non ambulaverint ; 32 Si statuta mea profanaverint, et præcepta mea non custodierint ; 33 Visitabo virgâ prævaricationem eorum, et plagis iniquitatem eorum. 34 Misericordiam autem meam non auferam ab eo ; neque mentiar in veritatem meam.

35 לא אחלל בריתי
ומוצא שפתי לא אשנה :
36 אחת נשבעתי בקדשי
אם לדוד אכזב :
37 זרעו לעולם יהיה
וכסאו כשמש נגדי :
38 כירח יכון * עולם
ועד בשחק נאמן סלה :
39 ואתה זנחת ותמאס
התעברת עם משיחך :
40 נארתה ברית עבדך
חללת לארץ נזרו :

* לעולם 9.

35 Non prophanabo pactum meum; et egressum
labiorum meorum non mutabo. 36 Semel juravi
per Sanctitatem meam, non Davidi mentiar. 37 Se-
men ejus in seculum erit; et thronus ejus sicut sol co-
ram me. 38 Sicut luna stabilietur *in seculum et
sempiternum*, firmus in cœlo. Selah. 39 Tu vero
repulisti et sprevisti, iratus es contra Unctum tuum.
40 Abjecisti pactum servi tui; prophanasti in terram
diadema ejus.

41 פרצת כל * גדרתיו
שמת מבצריו מחתה׃
42 † שסהו כל ‡ עברי דרך
היה חרפה לשכניו׃
43 הרימות ימין צריו
השמחת כל אויביו׃
44 אף תשיב צור חרבו
ולא ‖ הקמתו במלחמה׃
45 השבת מטהרו
וכסאו לארץ מגרתה׃
46 הקצרת ימי עלומיו
העטית עליו בושה סלה׃
47 עד מה יהוה תסתר לנצח

* גדרותיו 12. † שסוהו 16. ‡ עוברי 13. ‖ הקימתו 20.

41 Rupisti omnes macerias ejus; posuisti munitiones ejus contritionem. 42 Diripuerunt eum omnes transeuntes per viam; fuit opprobrium vicinis suis. 43 Exaltasti dexteram hostium ejus, exhilarasti omnes inimicos ejus. 44 Etiam retudisti aciem gladii ejus, et non sublevasti eum in prælio. 45 Cessare fecisti splendorem ejus; et solium ejus in terram dejecisti. 46 Abbreviasti dies adolescentiæ ejus; operuisti eum pudore. Selah. 47 Usquequo, JEHOVA, abscondes te, in seculum?

תבער כמו אש חמתך :
48 * זכר אני מה חלד על מה
שוא בראת כל בני אדם :
49 מי גבר יחיה ולא יראה מות
ימלט נפשו מיד שאול סלה :
50 איה † חסדיך הראשנים ‡ אדני
נשבעת f לדוד באמונתך :
51 § זכר || אדני חרפת ¶ עבדיך
שאתי בחיקי כל g רבים עמים :

* זכור 12. † חסידיך 10. ‡ יהוה 35.
§ זכור 20. || יהוה 37. ¶ עבדך 19.

exardescet sicut ignis ira tua ? 48 Memento, ego
quam caducus ! propter quid frustra creaveris omnes
filios hominum ? 49 Quis homo vivet, et non videbit
mortem ? Eruet animam suam de manu sepulchri ?
Selah. 50 Ubinam *sunt* misericordiæ tuæ antiquæ,
Domine, *quas* jurasti Davidi in veritate tua ? 51 Re-
cordare, Domine, opprobrii servi tui ; portare me in
sinu meo *vocem* multorum populorum.

f. 50. שנשבעת. Sensus æque ac metrum ש desiderat : Et sic Gr. *ἃ ὤμοσας*.

g. 51. Mendum subesse vehementer suspicor, et pro כל legendum קול, vocem, *exprobrantem* sc. *convitiantem et injuriis afficientem* ; atque ita conveniet cum חרפת quod præcedit. Hoc certe sensu adhibetur Psal. xliv p. 17. et lv. 4.

52 אשר חרפו אויביך יהוה
אשר חרפו עקבות משיחך :
53 ברוך יהוה לעולם אמן ואמן :

52 Qua probris affecerunt inimici tui, JEHOVA, qua probris affecerunt vestigia Christi tui. 53 Benedictus JEHOVA in seculum. Amen et amen.

ספר רביעי

PSALM: XC. צ

תפלה למשה איש האלהים :

1 אדני מעון ᵃאתה
היית לנו בדר ודר :
2 בטרם הרים *ילדו
ותחולל ארץ ותבל
ומעולם עד עולם אתה אל :

* יולדו 25.

Oratio Mosis, viri Dei. 1 Domine, *refugium* tu fuisti nobis in generatione et generatione. 2 Priusquam montes nascerentur, et formares terram et orbem, à seculo usque in seculum tu *es* Deus.

a. 1. Gr. καταφυγὴ, legentes מעת ; quod verius puto. Vid. Psal. xxxi. p. 3. et lxxi. p. 2.

3 תשב אנוש עד דכא
ותאמר שובו בני אדם
4 כי אלף שנים בעיניך
כיום אתמול כי יעבר
ואשמורה בלילה :
5 זרמתם * שנה יהיו ׳
בבקר כחציר יחלף :
6 בבקר יציץ וחלף
לערב ימולל ויבש :
7 כי כלינו ׳ באפך
ובחמתך נבהלנו :

* שינה 47.

3 Convertis hominem usque ad contritionem, et dicis, Revertimini filii hominum. 4 Quoniam mille anni in occulis tuis, sicut dies hesterna quum transierit, et custodia in nocte. 5 Irrigas eos somno; erunt manè sicut herba quæ crescit. 6 Mane floret et crescit; vesperi exciditur et siccatur. 7 Consumimur in furore tuo, et in ira tua turbamur.

b. 5. Veram periodi hujus hactenus obscurissimæ interpretationem debemus Cl. *Clerico.*

c. 7. In Hebr. præit כי, quod ad seq. periodum attinet.

8 שַׁת עונותינו לנגדך
עלמנו למאור פניך׃
9 כי כל ימינו פנו בעברתך
כלינו[d] שנינו כמו * הגה׃
10 ימי שנותינו בהם שבעים שנה
ואם בגבורות שמונים שנה
ורהבם עמל ואון[e]
כי גז חיש † ונעפה׃
11 מי יודע עז אפך
וכיראתך[f] עברתך׃

* חגא 15. † ונעופה 69.

8 *Quia* posuisti iniquitates nostras coram te, occulta nostra in lumine vultus tui. 9 Quoniam omnes dies nostri declinaverunt propter iram tuam, consumpti sunt anni nostri tanquam sermo. 10 Dies annorum nostrorum septuaginta anni; et si in fortitudinibus, octoginta anni; sed robur eorum labor et dolor, quoniam cito *transeunt*, et avolamus. 11 Quis cognoscit fortitudinem iræ tuæ? et ut timor tuus, *sic* ira tua.

d. 9 In Heb כלינו, manifesto, opinor, errore, cum conveniat cum שנינו.

e. 10. Constructio postulat חשו. Vid. Deut. xxxii. 35.

f. 11. Sensu æque ac metro id postulante כן ex seq. ver. huc retrahendum, ubi multam interpretibus molestiam creavit.

12 למנות ימינו כן הודע
ונביא לבב חכמה׃
13 שובה יהוה עד מתי
והנחם על עבדיך׃
14 שבענו בבקר חסדך
ונרננה ונשמחה בכל ימינו׃
15 שמחנו כימות עניתנו
שנות ראינו רעה׃
16 יראה אל עבדיך פעלך
והדרך על בניהם׃
17 ויהי נעם יהוה אלהינו עלינו
ומעשה ידינו כוננה g
עלינו ומעשה ידינו כוננהו׃

12 Ut numeremus dies nostros scire fac *nos*, ut adducamus cor *ad* sapientiam. 13 Convertere, JEHOVA, usquequo? et placare super servos tuos. 14 Satura nos manè misericordia tua, et exultabimus et lætabimur omnibus diebus nostris. 15 Exhilara nos secundùm dies *quibus* afflixisti nos, *secundum* annos *quibus* vidimus malum. 16 Conspiciatur in servis tuis opus tuum, et gloria tua super filios eorum. 17 Et sit slpendor JEHOVÆ, Dei nostri super nos; et opus manuum nostrarum dirige.

g. 17. Omnia quæ sequuntur sunt inducenda,

1 * ישב בסתר עליון
בצל שדי יתלונן :
2 † אמר ליהוה מחסי ומצודתי
אלהי אבטח בו :
3 כי הוא יצילך מפח
יקוש מדבר הוות :
4 באברתו יסך לך
ותחת כנפיו תחסה
צנה וסחרה אמתו :
5 לא תירא מפחד לילה
מחץ יעוף יומם :
6 מדבר באפל יהלך
מקטב ישוד צהרים :

* יושב 36. † אומר 18.

1 Qui habitat in abscondito Altissimi, in umbra Omnipotentis commorabitur. 2 Dicam JEHOVÆ spes mea, et arx mea, et Deus meus in quo spero. 3 Quoniam ipse eruet te de laqueo venatoris, et à peste pravitatis. 4 Alis suis teget te, et sub alis ejus securus eris; scutum et clypeus veritas ejus. 5 Non timebis à timore noctis; à sagitta *quæ* volaverit per diem; 6 A peste *quæ* in caligine ambulat; ab excidio *quod* vastat meridie.

cum manifesto librarii errore sint prava priorum repetitio.

7 יפל מצדך אלף
ורבבה מימינך
אליך לא יגש׃
8 רק בעיניך תביט
ושלמת רשעים תראה׃
9 כי אתה יהוה מחסי
עליון שמת מעונך׃
10 לא תאנה אליך רעה
ונגע לא יקרב באהלך׃
11 כי מלאכיו יצוה לך
לשמרך בכל דרכיך׃
12 על כפים ישאונך
פן * תגוף באבן רגלך׃

* תגפ 46.

7 Cadent à latere tuo mille, et decem millia à dextera tua; ad te non appropinquabit. 8 Tantum oculis tuis aspicies, et retributionem impiorum videbis. 9 Quoniam *dixisti*, JEHOVA spes mea, excelsum posuisti habitaculum tuum; 10 Non accidet tibi malum, neque plaga appropinquabit tabernaculo tuo. 11 Quoniam Angelis suis mandabit, ut custodiant te in omnibus viis tuis. 12 In manibus portabunt te, ne forte impingat ad lapidem pes tuus.

a. 9. אמרתי. Sic legi et sensus et versus flagitant. Vid. Ps. cxlii. p. 6.

13 על שחל ופתן תדרך
תרמס כפיר ותנין׃
14 כי בי חשק ואפלטהו
אשגבהו כי ידע שמי׃
15 יקראני ואענהו
עמו אנכי בצרה
אחלצהו ואכבדהו׃
16 ארך ימים אשביעהו
ואראהו בישועתי׃

13 Super leonem et *super* basiliscum calcabis, con-
culcabis catulum leonis et draconem. 14 Quoniam
me amavit, propterea eruam eum; exaltabo eum,
quoniam cognovit nomen meum. 15 Invoca-
bit me, et exaudiam eum; cum ipso ero in angustia,
eruam eum, et glorificabo eum. 16 Longitudine
dierum saturabo eum, et videre faciam eum salutem
meam.

PSALM. XCII. צב

1 מזמור שיר ליום השבת׃

---

1 Psalmus, canticum, in die Sabbathi.

2 טוב להודות ליהוה
ולזמר לשמך עליון :
3 להגיד בבקר חסדך
ואמונתך בלילות :
4 עלי עשור ועלי נבל
עלי הגיון בכנור :
5 כי שמחתני יהוה * בפעלך
במעשי ידיך ארנן :
6 מה גדלו מעשיך יהוה
מאד עמקו † מחשבתיך :
7 איש בער לא ידע
וכסיל לא יבין את זאת : ᵇ

* בפעליך 18. † מחשבותיך 20.

2 Bonum est celebrare Jehovam, et psallere nomini
tuo, Altissime. 3 Annuntiare manè misericordiam
tuam, et veritatem tuam in noctibus. 4 Super de-
cachordo, et super nablio, cum cantico, et in cithara.
5 Quia lætificasti me, Jehova, in factis tuis; in operi-
bus manuum tuarum exulto. 6 Quam magna sunt
opera tua, Jehova! quam profundæ sunt cogitationes
tuæ! 7 Vir insipiens non cognoscit; neque stul-
tus intelligit.

b. 7. את זאת. Conferenti membra hujus periodi suspicio est hæc esse additamentum e margine illatum.

8 בפרח רשעים כמו עשב *
ויציצו כל פעלי און
להשמדם עדי עד :
9 ואתה מרום לעלם יהוה :
10 כי הנה איביך יהוה
כי הנה איביך יאבדו ᶜ
יתפרדו כל פעלי און :
11 ותרם כראים קרני
בלותי ᵈ בשמן רענן :
12 ותבט עיני בשורי בקמים עלי
מרעים תשמענה אזני :

* בפרוח 19.

8 Cum florent impii sicut herba, et flores emittunt omnes operarii iniquitatis, dissipabuntur ipsi in æternum. 9 Tu autem excelsus es in seculum, JEHOVA ; 10 quoniam ecce inimici tui peribunt, dissipabuntur omnes operarii inquitatis. 11 Et exaltabis sicut unicornis cornu meum ; perfundes oleo viridi. 12 Et conspiciet oculus meus in hostibus meis, in consurgentibus adversum me *videbit*, *de* maleficis audient aures meæ.

c. 10. Ante יאבדו in Heb. verba nonnulla errore librarii repetuntur. Cum res per se clara sit, miror Interpretes non advertisse ; mendum esse metrum illico ostendit.

d. 11. Cum alias בלל transitivum sit, בלות legendum puto. Et hanc conjecturam firmat, quod sic membra hujus periodi melius inter se conveniunt.

13 צדיק כתמר יפרח
כארז בלבנון * ישגה׃
14 שתולים בבית יהוה
בחצרות אלהינו יפריחו׃
15 עוד ינובון בשיבה
דשנים ורעננים יהיו׃
16 להגיד כי ישר יהוה
צורי ולא עולתה בו׃

* ישגא 25.

13 Justus ut palma florebit; sicut cedrus in Lebanon multiplicabitur. 14 Plantati in domo JEHOVÆ, in atriis Dei florebunt. 15 Adhuc fructificabunt in senectute, pingues et virides erunt. 16 Ad annuntiandum quod rectus JEHOVA *est*, fortitudo mea, neque est iniquitas in eo.

PSALM. XCIII. צג

1 יהוה מלך גאות, לבש
לבש יהוה עז התאזר
אף תכון תבל בל תמוט׃

1 JEHOVA regnat, gloriam induit, induit JEHOVA fortitudinem, accinxit se; etiam firmatur orbis, ne commoveatur.

2 נכון כסאך מאז
מעולם אתה :
3 נשאו נהרות יהוה
נשאו נהרות קולם
ישאו [a] נהרות דכים :
4 מקולות מים רבים
אדירים משברי ים
אדיר במרום יהוה :
5 * עדתיך נאמנו מאד
לביתך נאוה קדש
יהוה לארך ימים :

* עדותיך 40.

2 Stabilitum est solium tuum ex tunc, à seculo tu es.
3 Elevaverunt flumina, JEHOVA, elevaverunt flumina
sonum suum, elevaverunt flumina fluctus suos. 4 So-
nitu aquarum multarum, potentes sunt fluctus maris ;
potens *est* in excelso JEHOVA. 5 Testimonia tua
fidelia sunt valde ; domui tuæ decora est sanctitas, JE-
HOVA, in longitudinem dierum.

a. 3. Cum vero nulla tempora mutentur, legen-
ausa sit cur verbi hujus dum opinor נשאו.

1 אל נקמות יהוה
אל נקמות הופיע :
2 הנשא * שפט הארץ
השב גמול על גאים :
3 עד מתי רשעים יהוה
עד מתי רשעים † יעלזו :
4 יביעו ידברו עתק
יתאמרו כל ‡ פעלי און :
5 עמך יהוה ידכאו
ונחלתך יענו :
6 אלמנה וגר יהרגו
ויתומים ירצחו :
7 ויאמרו לא יראה יה
ולא יבין אלהי יעקב :

* שופט 50. † יעלזון 15. ‡ פועלי 7.

1 Deus ultionum, JEHOVA, Deus ultionum effulge.
2 Eleva te, judex terræ, redde retributionem superbis.
3 Usquequo impii, JEHOVA, usquequo impii exultabunt ? 4 Effutient, loquentur dura ; extollent se omnes operarii iniquitatis. 5 Populum tuum, JEHOVA, conterunt, et hæreditatem tuam affligunt. 6 Viduam et peregrinum interficiunt, et pupillos occidunt.
7 Et dixerunt, Non videt JEHOVA, neque intelligit Deus Jacob.

8 בינו בערים בעם
וכסילים מתי תשכילו׃
9 * הנטע אזן הלא ישמע
אם † יצר עין הלא יביט׃
10 ‡ היסר גוים הלא יוכיח
המלמד אדם דעת׃ ᵃ
11 יהוה יודע מחשבות אדם
כי המה הבל׃
12 אשרי הגבר אשר תיסרנו יה
ומתורתך תלמדנו׃
13 להשקיט לו מימי רע
עד יכרה לרשע שחת׃

* הנוטע 12. † יוצר 22. ‡ היוסר 15.

8 Intelligite stupidi in populo; et fatui, quando sapietis? 9 An plantans aurem, non audiet? an formans oculum, non videbit? 10 An qui erudit Gentes, non arguet? an qui docet hominem scientiam, *non sciet*? 11 JEHOVA cognoscit cogitationes hominum, quod sunt vanitas. 12 Beatus homo quem erudieris, JEHOVA, et in Lege tua docueris eum. 13 Ut quietem præstes ei in diebus mali, donec fodiatur impio fovea.

a. 10. לא ידע. Hæc desunt in Hebr. mendo hoc nihil apertius, cum et series orationis et versiculi hujus sensus, ac metrum etiam flagitent.

14 כי לא * יטש יהוה עמו
נחלתו לא יעזב :
15 כי עד צדק ישוב משפט
ואחריו כל ישרי לב :
16 מי יקום לי עם מרעים
מי יתיצב לי עם † פעלי און :
17 לולי יהוה עזרתה לי
כמעט שכנה דומה נפשי :
18 אם אמרתי מטה רגלי
חסדך יהוה יסעדני :
19 ברב שרעפי בקרבי
תנחומיך ישעשעו נפשי :

* יטוש 40. † פועלי 10.

14 Quia non deseret JEHOVA populum suum, et hæreditatem suam non derelinquet. 15 Nam *tandem* ad justitiam revertetur judicium; et post illam *sequentur* omnes recti corde. 16 Quis consurget pro me contra malignantes? Quis stabit pro me contra operarios iniquitatis? 17 Nisi JEHOVA auxilio *fuisset* mihi, brevi habitasset *in* silentio anima mea. 18 Si dicebam, Motus est pes meus, misericordia tua, JEHOVA, sustentavit me. 19 In multitudine cogitationum mearum in intimo meo, consolationes tuæ lætificarunt animam meam.

20 היחברך כסא הוות
יצר עמל עלי חק :
21 יגודו על נפש צדיק
ודם נקי ירשיעו :
22 ויהי יהוה לי למשגב
ואלהי לצור מחסי :
23 וישב עליהם את אונם
וברעתם יצמיתם
יצמיתם יהוה אלהינו :

20 Nunquid sociabitur tibi thronus perversitatum, creans iniquitatem in præcepto? 21 Turmatim coeunt contra animam justi, et sanguinem innocentem condemnant. 22 At JEHOVA mihi est pro arce, et Deus meus in rupem fiduciæ meæ. 23 Et reddidit eis iniquitatem eorum; in malo ipsorum succidit eos, succidit eos JEHOVA, Deus noster.

P S A L M. XCV. צה

1 לכו נרננה ליהוה
נריעה לצור ישענו :

1 Venite, exultemus JEHOVA; jubilemus rupi salutis nostræ.

2 נקדמה פניו בתודה
בזמרות נריע לו׃
3 כי אל גדול יהוה ומלך
גדול על כל אלהים׃
4 אשר בידו מחקרי ארץ
ותועפות הרים לו׃
5 אשר לו הים והוא עשהו
ויבשת ידיו יצרו׃
6 באו נשתחוה ונכרעה
נברכה לפני יהוה עשנו׃
7 כי הוא אלהינו ואנחנו
עם מרעיתו וצאן ידו
היום אם * בקלו תשמעו׃

* בקולו 39.

2 Præoccupemus faciem ejus cum laude, in canticis jubilemus ei. 3 Quoniam Deus magnus JEHOVA et Rex magnus super omnes deos. 4 In cujus manu sunt pervestigationes terræ; et fortitudines montium ejus sunt; 5 Cujus est mare, et ipse fecit illud; et siccam manus ejus formaverunt. 6 Venite, prosternamur et incurvemus nos; genu flectamus coram JEHOVA qui fecit nos. 7 Quia ipse est Deus noster, et nos populus pascui ejus, et pecus manus ejus. Hodie si vocem ejus audieritis,

8 אל תקשו לבבכם כמריבה
כיום מסה במדבר :
9 אשר נסוני אבתיכם
בחנוני גם ראו
פעלי : 10 ארבעים שנה
אקוט בדור ואמר
עם * תעי לבב הם
והם לא ידעו דרכי :
11 אשר [a] נשבעתי באפי
אם † יבאון אל מנוחתי :

* תועי 11. † יבואון 34.

ne obduretis cor vestrum, sicut *in* Meriba, sicut *in* die
Massa in deserto. 9 In quo tentaverunt me patres
vestri, probaverunt me, etiam viderunt opera mea 10
quadraginta annis. Litigavi cum generatione *hac*,
et dixi, Populus errantes corde sunt ipsi, et non cogno-
verunt vias meas. 11 Sicut juravi in furore meo,
non introibunt in requiem meam.

a. 11. כאשר. Sic Gr. ὡς. Et sic sententia pariter ac metrum legi jubet.

1 שירו ליהוה שיר חדש
שירו ליהוה כל הארץ׃
2 שירו ליהוה ברכו שמו
בשרו מיום ליום ישועתו׃
3 ספרו בגוים כבודו
בכל העמים * נפלאותיו׃
4 כי גדול יהוה ומהלל מאד
† נורא הוא על כל אלהים׃
5 כי כל אלהי העמים אלילים
ויהוה שמים עשה׃
6 הוד והדר לפניו
עז ותפארת במקדשו׃

* נפלאתיו 57. † ונורא 13.

1 Cantate JEHOVÆ canticum novum, cantate JEHOVÆ omnis terra; 2 Cantate JEHOVÆ, benedicite nomini ejus, annuntiate de die in diem salutem ejus. 3 Narrate in Gentibus gloriam ejus, in omnibus populis mirabilia ejus. 4 Quoniam magnus JEHOVA, et laudabilis valde; et terribilis ille super omnes deos. 5 Quoniam omnes dii populorum idola; JEHOVA autem cœlos fecit. 6 Gloria et decor coram eo; fortitudo et gloria in Sanctuario ejus.

7 הבו ליהוה משפחות עמים
הבו ליהוה כבוד ועז :
8 הבו ליהוה כבוד שמו
שאו מנחה ובאו * לחצרותיו :
9 השתחוו ליהוה בהדרת קדש
חילו † מפניו כל הארץ :
10 אמרו בגוים יהוה מלך
אף תכון תבל בל תמוט
ידין עמים במישרים :
11 ישמחו השמים ותגל הארץ
ירעם הים ומלאו :
12 יעלז שדי וכל אשר בו
אז ירננו כל עצי ‡ יער :

* לחצרתיו 47. † מלפניו 28. ‡ היער 12.

7 Afferte JEHOVÆ, familiæ populorum, afferte JEHOVÆ gloriam et fortitudinem. 8 Afferte JEHOVÆ gloriam nominis ejus; afferte munera, et introite atria ejus. 9 Incurvate vos JEHOVÆ in decore sanctitatis; pavete à facie ejus, universa terra. 10 Dicite in Gentibus, JEHOVA regnat; etiam firmabitur orbis, non commovebitur; judicabit populos in rectitudine. 11 Lætentur cœli, et exultet terra; tonet mare, et plenitudo ejus. 12 Exultet ager, et omne quod est in eo, etiam exultent omnes arbores sylvæ,

13 לפני יהוה כי בא
כי בא * לשפט הארץ
ישפט תבל בצדק
ועמים באמונתו :

* לשפוט ק.

13 A facie JEHOVÆ, quia venit, quia venit judicare terram. Judicabit orbem in justitia, et populos in veritate sua.

PSALM. XCVII. צז

1 יהוה מלך תגל הארץ
ישמחו איים רבים :
2 ענן וערפל סביביו
צדק ומשפט מכון כסאו :
3 אש לפניו תלך
ותלהט סביב צריו :
4 האירו ברקיו תבל
ראתה ותחל הארץ :

1 JEHOVA regnat, exultet terra; lætentur insulæ multæ. 2 Nubes et caligo in circuitu ejus; justitia et judicium habitaculum solii ejus. 3 Ignis coram eo ambulat, et exurit in circuitu hostes ejus. 4 Illustrant fulgura ejus orbem; videt et tremit terra.

5 הרים כדונג נמסו מלפני יהוה
מלפני אדון כל הארץ׃
6 הגידו השמים צדקו
וראו כל העמים כבודו׃
7 יבשו כל * עבדי פסל
המתהללים באלילים
השתחוו לו כל אלהים׃
8 שמעה ותשמח ציון
ותגלנה בנות יהודה
למען משפטיך יהוה׃
9 כי אתה יהוה עליון
על כל הארץ מאד
נעלית על כל אלהים׃

* עובדי 9.

5 Montes sicut cera dissolvuntur à facie JEHOVÆ, à facie Domini totius terræ. 6 Annuntiaverunt cœli justitiam ejus; et viderunt omnes populi gloriam ejus. 7. Pudore afficiantur omnes qui serviunt sculptilibus, qui jactant se de idolis; incurvate vos ei omnes dii. 8 Audivit et lætata est Sion, exultaverunt filiæ Jehudah, propter judicia tua, JEHOVA. 9 Quoniam tu, JEHOVA, excelsus, super omnem terram valde exaltatus es, et super omnes deos.

10 * אהבי יהוה שנאו רע
† שמר נפשות חסידיו
מיד רשעים יצילם :
11 אור ‡ זרע לצדיק
ולישרי לב שמחה :
12 שמחו צדיקים ביהוה
והודו לזכר קדשו :

* אוהבי 7. † שומר 12. ‡ זרוע 42.

10 Diligentes JEHOVAM, odio habete malum; custodit *Jehova* animas suorum sanctorum, è manu impiorum eruit eos. 11 Lux sata est justo, et rectis corde lætitia. 12 Lætamini justi in JEHOVA et celebrate memoriam sanctitatis ejus.

PSALM. XCVIII. צח

מזמור :

1 שירו ליהוה שיר חדש
כי נפלאות עשה הושיעה
לו ימינו וזרוע קדשו :

Psalmus. 1 Cantate JEHOVÆ canticum novum, quia mirabilia fecit; servavit ipsi dextera ejus, et brachium sanctitatis ejus.

a. 10. שמר יהוה. Et sic Gr. φυλάσσει κύριος.

2 הודיע יהוה ישועתו
לעיני הגוים גלה צדקתו :
3 זכר חסדו *
ואמונתו לבית ישראל
ראו כל אפסי ארץ
את ישועת אלהינו :
4 הריעו ליהוה כל הארץ
פצחו ורננו וזמרו :
5 זמרו ליהוה בכנור
בכנור וקול זמרה :
6 בחצצרות וקול שופר
הריעו לפני המלך יהוה :

2 Notam fecit Jehova salutem suam; in oculis Gentium revelavit justitiam suam. 3 Recordatus est misericordiæ suæ *Jacobo*, et veritatis suæ domui Israël; viderunt omnes fines terræ salutem Dei nostri. 4 Jubilate Jehovæ, omnis terra; fragorem edite, exultate et psallite. 5 Psallite Jehovæ in cithara; in cithara, et voce cantus. 6 In tubis classicis et sonitu cornu, jubilate coram Rege Jehova.

a. 3. יעקב. Hæc manifestum est excidisse. Gr. τῷ Ἰακώβ.

7 ירעם הים ומלאו
תבל * וישבי בה :
8 נהרות ימחאו כף
יחד הרים ירננו :
9 לפני יהוה כי בא
† לשפט הארץ
ישפט תבל בצדק
ועמים במישרים :

* ויושבי 14. † לשפוט 9.

7 Tonet mare et plenitudo ejus; orbis et habitantes in eo. 8 Flumina plaudant manu simul, et montes exultent, 9 *A facie* Jehovæ, quia venit, *quia venit* judicare terram; judicabit orbem in justitia, et populos in rectitudine.

PSALM XCIX. צט

1 יהוה מלך ירגזו עמים
* ישב כרובים תנוט הארץ :

* וישב 30.

1 Jehova regnat, contremiscant populi; sedet *inter* Cherubim, contremiscat terra.

b. 9. Hæc eadem periodus ac illa quæ habetur Psal. xcvi. p. 13. ideoque hic etiam legendum מלפני, et repetendum כי בא quod in Hebr. excidit.

2 יהוה בציון גדול
ורם הוא על כל העמים׃
3 יודו שמך גדול ונורא
קדוש הוא׃
4 ועז מלך משפט אהב
אתה כוננת מישרים
משפט וצדקה
ביעקב אתה עשית׃
5 רוממו יהוה אלהינו
והשתחוו להדום רגליו
קדוש הוא׃
6 משה ואהרן בכהניו
ושמואל בקראי שמו
קראים אל יהוה והוא יענם׃

2 JEHOVA in Sion magnus, et excelsus est super omnes populos. 3 Celebrabunt nomen tuum magnum et tremendum; sanctum est. 4 Et fortitudo Regis judicium diligit; tu apparas rectitudinem, *Jehova*; judicium et justitiam in Jacob tu fecisti. 5 Exaltate JEHOVAM, Deum nostrum, et incurvate vos scabello pedum ejus. Sanctus ipse est. 6 Mosen et Aharon inter sacerdotes ejus, et Samuel inter invocantes nomen ejus; invocabant JEHOVAM, et ipse exaudiebat eos;

7 בעמוד ענן ידבר אליהם
שמרו * עדתיו וחק נתן למו :
8 יהוה אלהינו אתה
עניתם אל † נשא היית
להם ‡ ונקם על עלילתם :
9 רוממו יהוה אלהינו
והשתחוו להר קדשו
כי קדוש יהוה אלהינו :

* עדותיו 30. † נושא 30. ‡ ונוקם 18.

7 In columna nubis loquebatur ad eos *Jehova ;* custodiebant testimonia ejus, et statutum *quod* dedit eis. 8 Jehova, Deus noster, tu exaudiebas eos, Deus parcens eras eis, et ulciscens opera eorum. 9 Exaltate Jehovam, Deum nostrum, incurvate vos monti sanctitatis ejus ; quoniam sanctus Jehova, Deus noster.

PSALM. C. ק

מזמור לתודה :

1 הריעו ליהוה כל הארץ :
2 עבדו את יהוה בשמחה
באו לפניו ברננה :

Psalmus pro laude. 1 Jubilate Jehovæ omnis terra ; 2 Servite Jehovæ in lætitia. ingredimini coram eo cum exultatione.

3 דעו כי יהוה הוא * אלהים
הוא עשנו ולא אנחנו
עמו וצאן מרעיתו :
4 באו שעריו בתודה
† חצרתיו בתהלה
הודו לו ברכו שמו :
5 כי טוב יהוה לעולם חסדו
ועד דר ודר אמונתו :

* האלהים 10. * חצרותיו 33.

3 Scitote quòd JEHOVA, ipse est Deus; ipse fecit nos,
et non ipsi nos; populus ejus, et pecus pascui ejus.
4 Ingredimini portas ejus cum celebratione, atria ejus
cum laude; celebrate illum, benedicite nomini ejus.
5 Quoniam bonus est JEHOVA, in seculum misericordia
ejus; et usque in generationem et generationem veritas
ejus.

PSALM. CI. קא

לדוד מזמור :

---

1 חסד ומשפט אשירה לך יהוה אזמרה :

Davidis, Psalmus.
1 Misericordiam et judicium
cantabo; tibi, JEHOVA, psallam;

2 אשכילה בדרך תמים מתי * תבוא אלי
אתהלך בתם לבבי בקרב ביתי׃
3 לא אשית לנגד עיני דבר בליעל
עשה † סטים שנאתי לא ידבק בי׃
4 לבב עקש יסור ממני רע לא אדע׃
5 מלושני בסתר רעהו אותו אצמית
גבה עינים ורחב לבב אתו לא אוכל׃
6 עיני בנאמני ארץ לשבת עמדי
‡ הלך בדרך תמים הוא ישרתני׃
7 לא ישב בקרב ביתי § עשה רמיה
|| דבר שקרים לא יכון לנגד עיני׃

* תבא 39. † שטים 38. ‡ הולך 44.
§ עושה 5. || דובר 9.

2 Prudenter agam in via perfecta. Quando venies ad me, ambulabo in perfectione cordis mei, in medio domus meæ. 3 Non ponam coram oculis meis rem impiam; facientem declinationes odi, non adhærebit mihi. 4 Cor perversum recedet à me, malum non agnoscam. 5 Detrahentem in secreto proximo suo hunc succidam; elatum oculis, et latum corde ipsum non potero *ferre*. 6 Oculi mei ad fideles terræ, ut habitent mecum; ambulans in via perfecta, iste ministrabit mihi. 7 Non habitabit in medio domus meæ faciens dolum; loquens mendacia non firmabitur coram oculis meis.

8 לבקרים אצמית כל רשעי ארץ
להכרית מעיר יהוה כל * פעלי אן :

* פועלי 6.

8 In matutinis succidam omnes impios terræ, ut exterminem de civitate Jehovæ omnes operarios iniquitatis.

PSALM CII. קב

1 תפלה לעני כי יעטף
ולפני יהוה ישפך שיחו :

---

2 יהוה שמעה תפלתי
ושועתי אליך תבוא :
3 אל תסתר פניך ממני
ביום צר לי הטה אלי אזנך
ביום אקרא מהר ענני :

1 Oratio pauperis, quum se involvit, et coram Jehova effundet orationem suam. 2 Jehova, audi orationem meam: et clamor meus ad te veniat. 3 Ne abscondas faciem tuam à me; in die angustiæ meæ, inclina ad me aurem tuam; in die quâ invoco, celeriter exaudi me.

4 כי כלו * בעשן ימי
ועצמותי כמוקד נחרו׃
5 † הוכה כעשב ויבש לבי
כי שכחתי מאכל לחמי
6 מקול אנחתי דבקה עצמי לבשרי׃
7 דמיתי לקאת מדבר
הייתי ככוס חרבות׃
8 שקדתי ואהיה כצפור
בודד על גג׃
9 כל היום חרפוני איבי
מהוללי בי נשבעו׃
10 כי אפר כלחם אכלתי
ושקוי בבכי מסכתי׃

* כעשן 23. † הכה 25.

4 Quia defecerunt sicut fumus dies mei, et ossa mea tanquam focus exusta sunt. 5 Percussum est velut herba, et exaruit cor meum; quia oblitus sum comestionem panis mei. 6 A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ. 7 Assimilatus sum ardeæ deserti; fui sicut onocrotalus solitudinum. 8 Vigilo, et sum sicut avis solitaria, super tectum; 9 Totâ die probris afficiunt me inimici mei; insanientes in me per me jurant. 10 Quia cinerem tanquam panem manducavi, et potus meos cum fletu miscui,

11 מפני זעמך וקצפך
כי נשאתני ותשליכני׃
12 ימי כצל נטוי
ואני כעשב איבש׃
13 ואתה יהוה לעולם תשב
חכרך לדר ודור׃
14. אתה תקום תרחם ציון
כי עת לחננה כי בא מועד׃
15 כי רצו עבדיך את אבניה
ואת עפרה * יחננו׃
16 † וייראו גוים את שם יהוה
וכל מלכי הארץ את כבודך׃

יחוננו 14. † וויראו 26.

11 Propter indignationem tuam et iram tuam; quia
elevasti me, et projecisti me. 12 Dies mei *sunt* ut
umbra, inclinati sunt, et ego sicut herba arescam. 13 Tu
autem, JEHOVA, in seculum permanes; et memoria tui
in generationem et generationem. 14 Tu exurge, miserea-
ris Sijon; quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus
statutum. 15 Quoniam maximè diligunt servi tui lapides
ejus, et pulveris ejus eos miseret. 16 Et timebunt
Gentes nomen JEHOVÆ, et omnes Reges terræ gloriam
tuam.

17 כי בנה יהוה ציון
נראה בכבודו׃
18 פנה אל תפלת הערער
ולא בזה את תפלתם׃
19 תכתב זאת לדור אחרון
ועם נברא יהלל יה׃
20 כי השקיף ממרום קדשו
יהוה משמים אל ארץ הביט׃
21 * לשמע אנקת אסיר
לפתח בני תמותה׃
22 לספר בציון שם יהוה
ותהלתו בירושלם׃
23 בהקבץ עמים יחדו

* לשמוע .14

17 Quia ædificavit Jehova Sion, et videbitur in
gloria sua. 18 Cum respexerit ad orationem solita-
rii, et non spreverit orationem eorum. 19 Scribe-
tur hoc in generationes posteras; et populus *qui* nasce-
tur, laudabit Jehovam. 20 Quia prospexit de ex-
celso sanctitatis suæ Jehova, è cœlo in terram aspexit,
21 ut audiret gemitum vincti, ut solveret filios occi-
sionis, 22 Quum congregati fuerint populi simul,
et regna ut serviant Jehovæ. 23 Ut narrent in Si-
on nomen Jehovæ,

וממלכות * לעבד את יהוה ׃ᵃ
24 ענה בדרך כחי קצר ימי ׃ᵇ
25 אמר אלי אל תעלני בחצי ימי
בדור דורים שנותיך ׃
26 לפנים ᶜ הארץ יסדת
ומעשה ידיך שמים ׃
27 המה יאבדו ואתה
תעמד וכלם כבגד
יבלו כלבוש תחליפם ויחלפו ׃

* לעבוד 12.

et laudem ejus in Jerusalem. 24 *Jehova* afflixit in via fortitudinem meam; 25 Dixi, Deus mi, ne tollas me in dimidio dierum meorum; in generatione generationum anni tui. 26 *Tu* terram fundasti, et opus manuum tuarum cœli. 27 Ipsi peribunt, at tu perstabis; et omnia ipsa sicut vestimentum veterascent, veluti pallium mutabis eos, et mutabuntur.

a. 23. Hæc periodus in Hebr. sequenti postponitur, contra ac series orationis postulat. Ista vero perversa collocatione absorptum est יה quod periodum 24. inchoare debuit.

b. 24. קצר ימי. Mihi videtur esse mendosa scriptio בחצי ימי quod mox sequitur.

c. 26. אתה. In Hebr. est לפנים, quod, ut nota temporis, Græcis alias redditur ἔμπροσθεν, πρότερον, *antea, olim.* Suspicor esse mendosam scripturam.

28 ואתה הוא
ושנותיך לא יתמו ׃
29 בני עבדיך ישכנו
וזרעם לפניך יכן ׃

28 Tu autem idem es ; anni tui non consumentur. 29 Filii servorum tuorum habitabunt, et semen eorum coram te stabilietur.

PSALM. CIII. קג

לדוד ׃

1 ברכי נפשי את יהוה
וכל קרבי את שם קדשו ׃
2 ברכי נפשי את יהוה
ואל תשכחי כל גמוליו ׃
3 * הסלח לכל עונכי
הרופא לכל תחלואיכי ׃

* חסולח 48.

Davidis. 1 Benedic, anima mea, Jehovæ, et omnia interiora mea nomini sanctitatis ejus. 2 Benedic, anima mea, Jehovæ, et ne obliviscaris omnium beneficiorum ejus. 3 Qui remittit omnes iniquitates tuas, qui sanat omnes infirmitates tuas.

4 הגואל משחת חייכי
המעטרכי חסד ורחמים׃
5 המשביע בטוב עדיך
תתחדש כנשר נעוריכי׃
6 * עשה צדקות יהוה
ומשפטים לכל עשוקים׃
7 יודיע דרכיו למשה
לבני ישראל עלילותיו׃
8 רחום וחנון יהוה
ארך אפים ורב חסד׃
9 לא לנצח יריב
ולא לעולם יטור׃
10 לא כחטאינו עשה לנו
ולא כעונותינו גמל עלינו׃

* עושה .14

4 Qui redimit de fovea vitam tuam, qui coronat te
misericordiâ et miserationibus. 5 Qui satiat bono
os tuum, et renovatur, ut aquilæ, juventus tua. 6 Fa-
cit justitias Jehova, et judicia omnibus oppressis.
7 Notas fecit vias suas Mosi, filiis Israëli opera sua.
8 Misericors et clemens Jehova, longus irâ et multus
misericordiâ. 9 Non in seculum contendit,
nec in seculum servat *iram*. 10 Non secundum
peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates
nostras retribuit nobis.

11 כי כגבה שמים על הארץ
גבר חסדו על יראיו :
12 * כרחק מזרח ממערב
הרחיק ממנו את פשעינו :
13 כרחם אב על בנים
רחם יהוה על יראיו :
14 כי הוא ידע יצרנו
זכור כי עפר אנחנו :
15 אנוש כחציר ימיו
כציץ השדה כן יציץ :
16 כי רוח עברה בו ואיננו
ולא יכירנו עוד מקומו :

* כרחוק 19.

11 Quoniam secundum altitudinem cœli super terram, roboravit misericordiam suam super timentes se. 12 Quantum distat Oriens ab Occidente, distare fecit à se prævaricationes nostras. 13 Quomodo miseretur pater filiorum, miseretur JEHOVA timentium se. 14 Quia ipse cognoscit figmentum nostrum, recordatur quod pulvis sumus. 15 Hominis, sicut herba dies ejus, sicut flos agri, sic floret. 16 Quoniam ventus transit in illum, et non est; nec agnoscit eum ultra locus ejus.

17 וחסד יהוה מעולם
ועד עולם על יראיו
וצדקתו לבני בנים׃
18 * לשמרי בריתו
† ולזכרי פקדיו לעשותם׃
19 יהוה בשמים הכין כסאו
ומלכותו בכל משלה׃
20 ברכו יהוה מלאכיו
גברי כח ‡ עשי דברו
§ לשמע בקול דברו׃
21 ברכו יהוה כל צבאיו
משרתיו || עשי רצונו׃

* לשומרי 6. † ולזוכרי 6. ‡ עושי 8.
§ לשמוע 15. || עושי 8.

17 Misericordia autem Jehovæ, à seculo et usque in seculum super timentes eum; et justitia ejus super filios filiorum; 18 Super custodientes pactum ejus, et eos qui recordantur præceptorum ejus ad faciendum ea. 19 Jehova in cœlo stabilivit thronum suum et regnum ipsius omnibus dominatur. 20 Benedicite Jehovæ, omnes Angeli ejus, fortes robore, facientes verbum ejus, ad obtemperandum voci verbi ejus. 21 Benedicite Jehovæ, omnes exercitus ejus, ministri ejus facientes voluntatem ejus.

22 ברכו יהוה כל מעשיו
בכל מקומות ממשלתו
ברכי נפשי את יהוה׃

22 Benedicite Jehovæ, omnia opera ejus, in omni loco dominationis ejus: benedic, anima mea, Jehovæ.

PSALM. CIV. קד

1 ברכי נפשי את יהוה
יהוה אלהי גדלת מאד
הוד והדר לבשת׃
2 * עטה אור כשלמה
נוטה שמים כיריעה׃
3 המקרה במים עליותיו
השם עבים רכובו
המהלך על כנפי רוח׃

* עוטה 21.

1 Benedic, anima mea Jehovæ; Jehova, Deus mi, magnificatus es vehementer, gloriam et decorem indutus es. 2 Operiens se lumine tanquam vestimento; extendens cœlum veluti cortinam. 3 Qui contignat in aquis cœnacula sua, ponens nubes currum suum, ambulans super alas venti.

4 * עשה מלאכיו רוחות
משרתיו אש להט:
5 יסד ארץ על מכוניה
בל תמוט עולם ועד:
6 תהום כלבוש כסיתו
על הרים יעמדו מים
7 מן גערתך ינוסון
מן קול רעמך יחפזון:
8 יעלו הרים ירדו בקעות
אל מקום זה יסדת להם:
9 גבול שמת בל יעברון
בל † ישבון לכסות הארץ:
10 המשלח מעינים בנחלים
בין הרים יהלכון:

* עושה 12. † ישובון 50.

4 Faciens angelos suos ventos, ministros suos ignem flammantem. 5 Fundavit terram super bases suas, ne nutet in seculum et seculum. 6 Abysso tanquam vestimento operueras eam; super montes steterunt aquæ. 7 Ab increpatione tua fugerunt; à sonitu tonitrui tui præcipites ferebantur. 8 Ascenderunt montes, descenderunt valles, ad locum istum quem fundasti eis. 9 Terminum posuisti *eis* quem non transibunt; non revertentur ad operiendum terram. 10 Qui emittit fontes in convallibus, inter montes ambulant.

11 ישקו כל חיתו שדי
ישברו פראים צמאם ׃
12 עליהם עוף השמים ישכון
מבין עפאים יתנו קול ׃
13 משקה הרים מעליותיו
מפרי מעשיך תשבע הארץ ׃
14 מצמיח חציר לבהמה
ועשב לעבדת האדם
להוציא לחם מן הארץ ׃
15 ויין ישמח לבב אנוש
להצהיל · פנים משמן
ולחם לבב אנוש יסעד ׃

11 Potum dant omnibus bestiis agri; frangunt onagri sitim suam. 12 Juxta eos *fontes* volucres cœli habitant, inter frondes dant vocem. 13 Qui irrigat montes de superioribus suis; de fructu operum tuorum satiabitur terra. 14 Qui germinare facit fœnum pro jumentis, et herbam ad usum hominum; ut edant panem è terra: 15 Et vinum *quod* lætificat cor hominis; ut faciat nitere faciem, oleum; et panem *qui* cor hominis fulcit.

a. 15. להצהיל hinnire significat. Sed forte lectio loci hujus falsa. Chald. et Syrus aut conjectant aut legunt להצהיר, ut lucere faciat, quod sine dubio melius. Coccei Lex.

16 ישבעו עצי יהוה
ארזי לבנון אשר נטע׃
17 אשר שם צפרים יקננו
חסידה ברושים ביתה׃
18 הרים הגבהים ליעלים
סלעים מחסה לשפנים׃
19 עשה ירח למועדים
שמש ידע מבואו׃
20 תשת חשך ויהי לילה
בו תרמש כל חיתו יער׃
21 הכפירים * שאגים לטרף
ולבקש מאל אכלם׃
22 תזרח השמש יאספון
ואל † מעונתם ירבצון׃

* שואגים 15. † מעונותם 18.

16 Saturantur arbores JEHOVÆ, cedri Libanon quas plantavit. 17 Ubi aves nidificant; ciconia, in abietibus domus ejus. 18 Montes excelsi ibicibus; petræ perfugium muribus. 19 Fecit Lunam in tempora stata: sol novit occasum suum. 20 Ponis tenebras, et est nox; in ipsa reptat omnis bestia sylvæ. 21 Leones rugientes ad prædam, et ad quærendum à Deo escam suam. 22 Oritur Sol, congregant se et in habitaculis suis accubant.

23 יצא אדם לפעלו
ולעבדתו עדי ערב׃
24 מה רבו מעשך יהוה
כלם בחכמה עשית
מלאה הארץ קנינך׃
25 זה הים גדול ורחב ידים
שם רמש ואין מספר
חיות קטנות עם גדלות׃
26 שם אניות יהלכון
לויתן זה יצרת לשחק בו׃
22 כלם אליך ישברון
לתת אכלם בעתו׃
28 תתן להם ילקטון
תפתח ידך ישבעון טוב׃

23 Egreditur homo ad opus suum, et ad culturam suam usque ad vesperam. 24 Quam multiplicata sunt opera tua, JEHOVA! omnia in sapientia fecisti; impleta est terra possessionibus tuis. 25 Hoc mare magnum, et latum locis, ibi reptilia, et non est numerus, bestiæ pusillæ cum magnis. 26 Ibi naves ambulant; Leviathan iste *quem* formasti ad ludendum in eo. 27 Universa ipsa in te sperant, ut des escam ipsorum in tempore suo. 28 Das eis, colligunt; aperis manum tuam, saturantur bono.

29 תסתיר פניך יבהלון
* תסף רוחם יגועון
ואל עפרם ישובון:
30 תשלח רוחך יבראון
ותחדש פני אדמה
31 יהי כבוד יהוה לעולם
ישמח יהוה במעשיו:
32 המביט לארץ ותרעד
יגע בהרים ויעשנו:
33 אשירה ליהוה בחיי
אזמרה לאלהי בעודי:
34 יערב עליו שיחי
אנכי אשמח ביהוה:

* תוסף 45.

29 Abscondis faciem tuam, turbantur; aufers spiri-
tum eorum, deficiunt, et in pulverem suum revertun-
tur. 30 Mittis spiritum tuum, recreantur; et inno-
vas faciem terræ. 31 Erit gloria JEHOVÆ in secu-
lum: lætabitur JEHOVA in operibus suis. 32 Qui
aspicit terram, et tremit; tangit montes, et fumant.
33 Cantabo JEHOVAM in vita mea; psallam Deo meo
quandiu ero. 34 Dulce erit ei eloquium meum, ego
lætabor in JEHOVA.

